dia libꝛa huius apoꝫimatis. fiat enema ꝙ
si cito exierit fiat iterū donec humoꝛū ml'
titudo cū eo exeat. Naribus quoqꝫ cōdi
si ꝛ elleboꝛus albus suauiter insuflentur
ꝛ est ingeniandū: ut anacardinū cū idro
melle: per os ad stomachum multotiens
descendere cogatur. quaqꝫ die sel' ex quo
vnius aurei pondus i potu sumendū est:
cuius descriptio ē in. c. de paralisi. Sarta
go pꝛeterea ferrea calefacienda est: ꝛ capi
ti multotiens adeo uicinanda. ut pacien
tis capilli adurantur. Quod si hoc modo
non sanatur in medicando plus laboꝛa
biſ. Caput namqꝫ rademus: ꝛ ex sinapi
trito ꝛ castoreo ꝛ foꝛtissimo acceto linie
mus.**

Sillanus.

Hic Raſ ponit curá appl'ie. Primo quá
do fit a sanguine. Secūdo qñ fit a flegmate.
Tertio iterato qñ fit a sanguine. Secunda ibi.
Quod si ita non fuerit. Tertia ibi. **In pꝛin
cipio aūt huius.** De pꝛima dicit ꝙ qñ appa
ruerint signa dicta appl'ie debemus cōsiderare
an facies pacientis uideatur rubere. An deni
grari. Aut uiridis fieri sicut ꝯtigit ex coartatōe
sanguinis qꝛ suple. arguendū ē ꝙ fit a sanguie.
Secundo dicit ꝙ tunc dꝫ fieri flobotomia dua
rū uenaꝝ guidet uel duaꝝ cephalicarum. No
tandū ꝙ ratio dictoꝝ ē verificans pꝛimuꝫ qꝛ sá
guie retento causatur coloꝛ rubeus uel uiridis
uel niger. Uerificatur ſm qꝛ per flobotomiā
dictaꝝ uenaꝝ euacuatnr materia faciens appo
plexiá. Si ét post flobotomiam dictaꝝ uenarū
fiat flobotomia uene nasi uel frontis adhuc ma
gis euacuaretur materia appl'ie. Secundo no
tandū ꝙ sanguis fit niger uel uiridis in coꝛpoꝛ
humano quadrupliciter. Pꝛimo p adustioneꝫ
qꝛ calidū agens in humidū denigrat ut pꝛima
pꝛimi doctrina q̄rta. c. de humoꝛibus. Et patꝫ
ad sensū: qꝛ ignis agens in lingna facit carbo
nes qui sunt nigri. Secūdo per uiá moꝛtificatō
nis sicut patet de frigiditate extrinseca denigrá
te man⁹. Tertio qñ expellitur extra loca ꝓpꝛia
sicut patet qñ expellitur per intestina uel p uesi
cam: ꝛ qꝛ spūs sunt expulsi a sanguine q sūt cau
sa illustratōis. Quarto rōe constrictōis : quia
spūs suffocátur. Ad ꝓpositū in appl'ia ē san
guis uiridis ul' niger tribus ultimis modis.
Quod si ita non fuerit. Hic ponit curaꝫ ap
poplexie qñ fit a fl'ate ꝛ diuiditur i duas. Pꝛio
ponit curá per clistere. Secūdo per localia.
Secunda ibi. **Naribus quoqꝫ.** De pꝛima di
cit ꝙ dūmodo non apparuerint signa sanguis
sed cū attrahit aerem : auditur in pectoꝛe oꝛeg
mon. i. sonus factus ex humiditate fl'atica opi
lante uiá anhelitus suple arguendū ē ꝙ appo
plexia fit a flegmate. Secūdo dicit ꝙ tūc debet

approxiari clistere tale. ℞. colognitide bochor
marié centauree minoris arthanite ell'. al. añ.
M. i. coquantur oia in tribus ℔. aque donec
reducatur ad unā coletur ⁊ ex media libra fiat
clistere. Subdit ꝙ si cito exeat clistere fiat iterū
donec euacuetur multitudo humoꝝ. Notādū
ꝙ rasis non ponit curā ꝑ digestiuū q2 egritudo
non dat morā ad digerendū cū sit ꝑperacuta
Secunduz q2 per os non pōt assumi ꝑꝑ abla
tioné sensus ⁊ motus: ⁊ ꝑꝑ hanc causā nō posu
it curā per euacuantia sumpta per os. Tertio
notandum ꝙ tale clistere cōuenit quia ꝑ ipsuz
materia fl'atica euacuatur faciens applīam.
Loco illius ualet hoc. ℞. centauree minorum
utriusqꝫ saluie rute abrotā origani calcamenti.
añ. M. i. anisi maratri seis siseleos semnis ba
silici añ. ℥. s. florum sticados arabici cimi añ. ℥
i. pulpe colloquintide. ʒ. ii. furfuris pugillum. i
mell' anacardi olei costini añ. q̄rt̄. s. salisgéme.
ʒ. i. ierepigre gal'. vi. fiat clistere usqꝫ ad q̄rt̄. v.
Est eni ualde appropriatuz in applīa. Narib⁹
quoqꝫ. Hic pōit curā per remedia localia ⁊ di
uiditur in q̄ttuor ꝭm ꝙ quattuor remedia pōit
Secunda ibi. **Et est ingeniandum.** tertia ibi
Sartago preterea. quarta ibi. **Quod si hoc
modo.** De prima dicit ꝙ sternutatio debet fie
ri in sufflando suauiter in naribus elleboruz al
bum. Notanduz ꝙ ualet istud sternutatorium
q2 incitat v̄tuté cerebri ad expellendū materiaz
flegmaticā ⁊ mordicat miringas cerebri ratōe
sue acuitatis. Notandū ꝙ loco huius ualet pul
uis euforbii piretri piperis uel sinapis uel suc
cus radicis ireos: uel puluis semis nasturcii.
Tertio notandū ꝙ ꝑ illa sternutoria debent in
telligi alia particularia que possunt excitare v̄tu
tem aialé: ut ligature in pedibus coxis ⁊ brachi
is: fortis fricatio extremoꝝ, duplicatio digitoꝝ
cōpressio nasi: clamor fortis. exstirpatio pilloꝝ
suffumigatio cum galbano ⁊ euforbio. **Est ige
niandum.** Hic ponit curā per aliud locale. s. ꝑ
sumptioné unius ꝯfectionis ⁊ dicit ꝙ ingenian
dum é ut pacienti faciant descendere ad stoma
chuz sepe anacardinuz cū idromelle. Secūdo
uult ꝙ debet sumi sel' i die pondus unius aurei
cōfectōnis cuius descriptio ponitur in. c. de pa
ralisi. Notanduz ꝙ ratio dictoꝝ é q2 hec cōfec
tio é magne caliditatis ⁊ ex illa ꝓuenit febris ⁊
illa cōsumit materiā applīe. Dubitatur utrum
talis sit cōueniens ⁊ arguitur ꝙ nō. q2 nulla for
tis medicina cōuenit in applīa ꝭm Auicé. in pri
ma tertii ⁊ in. c. de paralisi q2 materia est idige
sta. In oppositū é Rasis. Ideo dicendum

ꝙ medicina potest dici tripliciter. Primo rōne
quantitatis. s. qñ datur i magna quātitate ⁊ sic
cassia pōt dici medicina fortis. Secundo rōne
qualitatis ut diagridiū. Tertio rōne utriusqꝫ.
Ad ꝓpositū in applīa cōuenit medicina fortis
in qualitate debilis i quātitate. ⁊ sic tollitur con
trarietas. Secundo dubitatur utrū febris con
tingens in applīa sit bonum signū. Quod nō
arguitur per Auic. prima tertii. c. ꝺ appoplexia
ubi dicit ꝙ é signū mortale. In oppositū argu
itur febris superueniens spasmo é bonū signuz
ergo ⁊c. Cōsequentia tꝫ a simili. Antecedés est
ypo. secundo afforismoꝝ. Febré in spasmo ⁊c
Dicendū ꝙ febris in applīa pōt duobus mōis
contingere. Primo rōne apostematis: q2 fit a
postema cerebri. Et sic é mortale signū. Scd̄o
pōt eé febris in applīa sine apostemate ut ex ꝓ
uocantib⁹ febré ut ponit Rasis hic ⁊ sic é bonū
q2 curatur melius applīa q2 fe. cōsumit illā ma
teriā ⁊c. Tertio dubitatur utrū in applīa pōt ꝯ
iungi fe. Videtur ꝙ non q2 applīa é morb⁹ per
peracutus sine fe. ut in cōtento secunde particu
le afforismoꝝ. Acutoꝝ morboꝝ. Scd̄o in appo
plexia cor infrigidatur aliqñ in tantū ꝙ seqtur
in sensatus pulsus ⁊ anhelitus ut dictuz fuit er
go ⁊c. Consequentia tꝫ q2 in fe. é cordis inflam
matio. In oppositū é Rasis implicite. ⁊ Auic.
prima tertii. Dicendum ꝙ applīa ut plīm nō
est fe. Ratio quia ut plurimū fit ex materia fl'a
tica grossa uiscosa ñ putrida oppilante uentri
culos cerebri. Secundo dicendum ꝙ in appo
plexia aliquādo potest esse fe. ratio quia pōt eé
fe. ex materia apostemāte unꝺ accidit putredo
uel ex materia calida uel ex forti agitatione fcā
in humoribus potest superuenire fe. Ad primā
rationem dicendum ꝙ Gal'. intelligit de appo
plexia que ut plurimum fit a materia fl'atica ñ
apostemante. Ad secundum dicendum ꝙ cum
infrigidatione calori cordis per uiā resolutōis
pōt stare calor fe. Quarto dubitatur utruz ap
poplexia forti sit aliquiū agendum. Videtur ꝙ
nō q2 morituri solis pronosticis sunt dimittēdi
Ut in comento illius afforismi inchoantib⁹ mor
bis. In oppositū é rasis ⁊ omnes auctores me
dicine. Dicendum ꝙ i applīa maiori nichil mo
uere audemus: quia mortale. Sed ꝑꝑ compla
cere amicis ⁊ cum protestatiōe siue pronostico
pōt aliqd medicus opari. In minori v̄o curati
onis gr̄a pōt medic⁹ aliqd opari. ꝛō q2 talis est
possibilis curatōis ꝭm ꝙ pōit Ras. ⁊ sic patet
ad rationes. **Sartago preterea ⁊c.** Hic po
nit curam per unum locale exterius approxima

tū ⁊ dicit ꝙ ſartago ferrea debet igniri et capiti
uiciari ſic ⁊ capilli urantur. ratō quia rōne ma
gne caliditatis acquiſite ab igne cōſumitur ma
teria appoplexie. Notandū ꝙ talis ſartago
ſi ſit ad formā capitis ē melior: quia melius atti
git. Jtē non multum debet approximari ad ca
put. quia reſolueret cerebrum. Jtem ſi abrade
retur caput eſſet melius: quia uirtus magis pe
netraret. Qđ ſi h̄ mō. Hic ponit curā per
aliud locale ⁊ dicit ꝙ ſi nō curatur appoplexia
ex predictis modis adhuc eſt laborandum ⁊ li
nimentum debet approximari ex ſinapi: caſto
reo ⁊ aceto fortiſſimo. Notandū ꝙ ratio eſt
quia tale linimentum ē fortiſſime caliditatis q̄ſi
in quarto ideo conſumit materiaꝫ. ſed ponitur
acetum ut uirtus magis penetret. Notandū
ſecūdo ꝙ loco illius ualet hoc. ℞. galbani ſera
pini oppoponacis an̄. ʒ. ii. ſulphuris uiui. ʒ. i. ſ.
terbentine. ℥. i. puluerizētur puluerizanda ⁊ liq̄
fiant liquefienda miſce oīa ⁊ fiat maſſa et exten
datur ſupra corium uel fuſtaneū ad formā ca
pitis. Ad idem ualet hoc unguentū ⁊ eſt arti
ficialius. ℞. radicis accori coſti amari an̄. ℥. ſ.
ſiſeleos ſemen baſilici an̄. ℥. i. olei nardini: olei
camomillini olei đ lilio an̄. ℥. ii. uini al. ℥. iii. mi
ſceantur oīa puluerizentur puluerizanda ⁊ liq̄
fiant liquefienda buliant ſuper carbones: uſqꝫ
ad cōſūptōꝫ uini coletur ⁊ colature adatur cer̄
quātum ſufficit ⁊ fiat unguentū ⁊ ungatur totū
caput ⁊ tota ſpina dorſi uſqꝫ ad anū. Al.

**Jn pria aūt huius paſſionis ſpē. poſt
flobotomiā ſtringēdū fortiter adiuctoria
ligando ſupius parū ſub cōiunctione ipo
rum cū ſpatulis ⁊ ſtringas tibias ſimilr.
Capiti quoqꝫ ſuperfundendū ē oleū roſ.
⁊ acetū uini ⁊ flobotomia facienda ē pri⁹
in pedib⁹ ⁊ poſtea in naſi cxtrēitate. Sill.**

Hic reuertitur ad ponendū curā applīe fa
cte a ſanguie: ⁊ diuiditur in duas. Primo pōit
curā per localia. Secūdo p flobotomiā. Secū
da ibi Et flobotomia. Prima i duaſ. Primo
pōit curā p unū locale. ſ. p ligaturā. Secundo
p inunctōm. Scđa ibi. Capiti quoqꝫ. De pri
ma dicit ꝙ in applīa facta a ſanguie. prio flobo
tomiā cōuenit ⁊ fortiter ſtrigere adiutoria ſupe
rius ligādo ſub cōiunctōe cōuenit ēt ligatur co
xas. Notandū ꝙ cā dictoruꝫ ē q: per taleſ liga
turas attrahitur fortiter ſanguiſ a cerebro ad i
feriora pp dolorē q: natura currit cū ſanguine
⁊ ſpiritu ad locū doloris. Sciendū tn̄ ꝙ non de
bent longo tp̄e ſtare imo una uice fortiter ſtrin
gere ⁊ ſtati remouere ut nō fatigetur. Secūdo
notandū ꝙ ligaturas debemus intelligere fri
cationes cōpreſſiones digitoꝝ genuū niſi auri
um: ſuppoſitoria cliſteria acuta attrahentia ma
teriā ad inferiora: uel uentoſas cū ſcarificatiōe
poſitas in coxis ⁊ plus ualent q: inducūt ſolutō
nē cōtinuitatis ⁊ aliquid euacuāt de materia.
Capiti quoqꝫ. hic ponit curā p aliud locale. ſ.
p unctionē ⁊ dicit ꝙ ſuper caput dꝫ approxima
ri oleū roſ. ⁊ acetū uini. Rō q: tale medicamē
ē repercuſſiuum ꝓhibenſ aſcenſū ſanguiniſ ad
cerebrū ⁊ ualet in ꝑncipio: q: qn̄ materia ē flu
xa nō conuenit q: retinet materiā i cerebro: ſed
tunc cōpetunt reſolutiua. Et flobotomia. hic
ponit curā p flobotomiā ⁊ dicit ꝙ flobotomia
ꝑmo debet fieri in pedibus. ſ. in ſaphena. dein
de i uenis exiſtentibus i extremitate naſi. Dubi
tatur q: uidetur ꝙ raſ contradicat ſibi ipi q: ſu
pra i appoplexia de ſanguie dixit ꝙ dꝫ fieri flo
botomia guideſ ul' i cephalicis. hic dicit ꝙ in ſa
phenis uel extremitate naſi. Dicendū qđ in ap
poplexia ultiata debet primo fieri flobotomia
ex ſaphanis deinde i extremitate naſi. Rō ꝑmi
ē q: fit maior diuerſio i illis. Uel n̄ eſt plectoria
⁊ tunc prio debꝫ fieri flobotomia ex cephalica
uel ex uenis guider. ratō q: pluſ euacuāt a loco
paſſionis ⁊ ultimo ad euacuandū materiam a
loco pfecte eſt fienda flobotomia de uenis naſi
⁊ ſic tollitur contradictio. De dieta notandū ꝙ
raſis non ponit ꝙ talis debet eſſe cōtentus aq̄
or. uel auene uel ſpelte: uel aqua cicerū uel bro
dio pulli ⁊ carnium edi ⁊ gallinarum: ⁊ nullo
modo bibat uinum. Sed ſi contentus aq̄ mell'
que ſic fit. ℞. aque. ℔. iii. mell'. ℥. iii. bulliāt ali
quantulū ſil' ⁊ colentur. De ſubeth.

Sillanus.

Notandum circa rubricam ⁊ litteram
quia in rubrica ponitur ſubeth ⁊ de li
targia ſequitur in littera ⁊ cauſa fuit:
quia proueniunt ex ſimili materia. ſ. frigida et
humida ⁊ eadem eſt cura utriuſqꝫ. Eſt tamen
differentia quia ſubeth ſiue ſomnus profund⁹:
qđ idem eſt paſſio anterioris cerebris. ſ. ſenſus
cōmunis: ſed letargia eſt apoſtema poſterioris
partis. Secūdo i letargia ē febris rōne apoſte
matis i ſubeth u͛o non q: non ē apa. Notāduꝫ
qđ ſubeth differt a ſtupore: q: i ſtupore leditur
u͛tus tactiua neruoꝝ. i ſubeth u͛o leditur ſenſuſ
cōis. Secūdo i ſtupore eſt diminutio ſenſus ⁊
mot⁹: ⁊ fit in uigiliiſ. in ſubeth aūt ē ablatio ſed
non fit in uigiliis. Secundo notandum qđ ſit
ſomnus ⁊ diffinitur ab Auic. ſic pria tertii trac.
quarto. c. prio ſomnus eſt reditus aīalis ſpūs

13

ab instrumentis sensuū ad suuz principiū.s.ad
cor alias ad cerebruz pp qđ priuantur organa
sensuū a suis opationibꝰ. Tertio notandū ꝙ
somnꝰ est q̄druplex primꝰ est totaliter naturalis
vt ille q venit in tp̄re sanitatis tempore digestio
nis cibi ⁊ talis ē triplex.s.fortis mediocris ⁊ de
bil' ⁊ suauis. Primus fit ex uaporibꝰ prime
digestionis.Scđus fit ex uaporibꝰ secūde dige
stionis q sūt medii.Tertiꝰ fit ex uaporibꝰ tertie
digestionis.Ut in aurora ⁊ ideo dicūt cōmuni
ter uulgares ꝙ suaue ē dormire in aurora. Ali
ter ē somnꝰ totaliter preter naturā ⁊ ē ille q fit a
morbo ⁊ a mala cōpl'ione frigida ul' humida:
cū materia vel sine materia ⁊ qa iste fit a mala
cōpl'ione frigida ⁊ hūida cū materia uocatur
subeth ⁊ fortiter oppilat partem anteriorē cere
bri vnde non potest dissolui nisi cū difficultate.
Alius ē somnꝰ qui magis appropiquat somno
naturali sicut somnus q venit post euacuatōm
uel laborē uel exerticiū nimium. Alius est som
nꝰ qui magis somno preter naturā appropinq̄t
qualis ē ille qui ꝓuenit ex ebrietate. Quarto
notandū ꝙ causa subeth est triplex.s.primitiua
antecedens ⁊ cōiuncta. Primitiua sūt res non
naturales multiplicantes humorē fl'aticū frigi
dum uel humidū in corpore uel uaporem ut ci
bi ⁊ potus ad uentꝰ peroxismi frigiditas nimia
exterior iducta ex aere seu uento ex narcoticis i
terius vel exterius applicatis ut opiū mandra
gora iusquiamꝰ ⁊ papauer. Causa an̄s sunt
humores frigidi in cerebro habundantes vl' ua
pores existentes in cerebro p se vel p cōmunita
tem anteq̄z inducant dispositionē. Causa cōiū
cta sunt illi met humores vel uapores qui actu
causant dispositionē. Quīto notandū ꝙ signa
subeth sunt somnus grauis cū oculis clausis.
Ratio ē propter oppilationem cōtingentem in
primo uentriculo quare ꝓhibetur ne spūs aīa
lis transeat ad instr̄a sensuū ⁊ ideo ē cū oculis
clausis: ⁊ si ē ex humiditate flegmatica color fa
ciei tunc declinat ad albedinē ⁊ si ex sanguinea
tūc declinat ad rubedinē ⁊ si ē ab aliis membris
tūc cognoscitur ex dolore loci q2 vbi ē dolor ibi
ē egritudo. Dubitatur in q̄ etate maxime ac
cidit subeth. Uidetur primo ꝙ in puericia: q2 in
puericia maior est humiditas ergo ⁊c. Secun
do spasmus de repletione magis fit i pueris er
go ⁊c. Consequētia tenet q2 fiunt a simili causa
Antecedens pȝ. In oppositū ē rō hec letargia
magis fit in senibus ergo ⁊c. Consequentia te
net q2 non differunt nisi ex parte loci. An̄s pȝ
per experientiam. Dicēdū ꝙ subeth magis fit
in senibus. Ratio q2 in eis aggregatur flegma
grossum ⁊ innaturale. Ad rationes. Ad pri
mum dicendum ꝙ humiditas i pueris ē magis
naturalis uaporosa ⁊ resolubilis ergo ⁊c. Ad
secundū respondetur negando consequentiā ⁊
ad probationē dicitur ꝙ licȝ fit a simili materia
tn̄ nerui sunt debilioris uirtutis in pueris ideo
pōt fieri spasmus talis ⁊ nō subeth. Hic possēt
plurime questiones applicari. Sed q2 presens
liber ē plus praticus ideo relinquā ⁊ tendā ad
qōnes praticales ⁊ ad praticalia. Almansor.

Um aliquis quasi dormiens iacet
⁊ tamen sentit ⁊ mouetur sȝ ocu
los ꝯm plurimū hȝ clausos quos
tamen dum vocatur cū clamore aperit: sȝ
iterū stati claudat iā patit' subeth. Silla.

Hic determinatur de letargia ponendo cu
ram ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit signa.
Secūdo curam. Secūda ibi. Qui cum cliste
ribus. De prima dicit ꝙ quando apparuerit
ista signa. Primū cū dormiens iacet. Secūdū
ꝙ cū homo sentit. Tertium ꝙ secūdū plurimū
tenet oculos clausos. Quarto ꝙ cum uocatur
fortiter aperit oculos: verū post statim claudit
eos ex istis signis arguendū est ꝙ talis patitur
subeth. Notandū ꝙ letargia ē duplex. s. vera
⁊ non v̉a. Uera est apostema flegmaticū i par
te posteriori cerebri. Non v̉a ē apostema cōpo
sitū ex flegmate ⁊ colera: ⁊ secundū ꝙ p̄dn̄atur
vnus humor vel alter vel eq̄liter apparēt diuer
sa signa in facie de hac non loquitur hic. sȝ dat
intelligere ꝙ morbus simplex idiget medicami
nibus simplicibus ⁊ compositꝰ compositis. Se
cūdo notandū ꝙ spēs letargie possunt distigui
ex parte materie: ⁊ sic sunt due species. s. fl'atica
⁊ hoc ē proprie letargia: ⁊ mel'ica. Secundo
p̄ūt distingui ex parte partis in q̄ fiūt ⁊ tūc sūt
tres spēs: q2 aut fit i meatibꝰ substantie cerebri
⁊ hoc est vt plurimū. Uel in pāniculis. Uel in
substantia sed hoc est raro: q2 fl'a vel mel'a nō
p̄n̄t bene penetrare in panniculis pp duriciem
nec in substantia cerebri pp uiscositatē. In uen
triculis aūt nō fit q2 tunc esset appl'ia ul' epilep
sia. Tertio v̉o possūt distigui ex parte loci ⁊ tūc
vel fiunt in parte posteriori cerebri ⁊ hoc est ut
plurimum. Uel fiūt in medio uel anteriori ⁊ h̄
ē raro. Tertio notandū ꝙ apud medicum cāe
letargie sūt tres. s. p̄mitia an̄s ⁊ ꝯiuncta. p̄miti
ua sūt q̄cūqȝ res n̄ naturales ml'tiplicātes hūo
rē fl'aticum ut cibi potꝰ coadiuuāt ēt ꝯpl'io fr̄a ⁊
humida ⁊ etas senectutis ⁊ regio frigida ⁊ hu
mida. Causa an̄s sunt humores frigidi habū

dantes in cerebro anteq̃z faciant letargiã. Cau
sa cõiuncta sũt illi met humores qñ actu causãt
letargiã. Quarto notandũ ꝙ ratio signoꝝ ẽ q̃r
uerificatur primum q̃r in letargia spũs aiales ñ
possunt discurrere ad organa sensuũ exterioꝝ
Ideo quasi dormiendo iacet. Secundũ signũ
uerificatur q̃r non ẽ tanta oppilatio qui possint
causari sensus ⁊ motus ideo sentit ⁊ mouetur.
Uerificatur tertium quia nõ pñt spũs libere dis
currere ad oculos clausos. Uerificatur q̃rtum
quia non ẽ tanta oppilatio ut prohibeatur ips
sio in organo auditiuo si sensibile sit excellens.
Ideo cũ fortiter uocatur aperit oculos ⁊ stati
post claudit: q̃r statim post fit oppilatio ꝓhibẽs
transitũ spirituũ ad oculos. Ulterius notan
dum ꝙ preter illa signa sũt alia signa. Primũ
signũ est obliuio. Secundũ signũ ẽ somnus ꝓ
fundus. Ratio primi ẽ: quia memoria ẽ mediã
te sicco. Sed in letargia materia fl'atica frigida
⁊ humida cõtinetur in parte posteriori cerebri
in qua fit retentio ⁊ memoria ideo ⁊c. Rõ secũ
di ẽ quia in letargia nocumentũ ẽ magnũ i uen
triculo posteriori ⁊ tale cõmunicatur anteriori
ideo ⁊c. Item notandũ ꝙ signoꝝ letargie q̃dã
sunt ꝓnostica. Ut sunt grauitas capitis. Uer
tigo scothomia ⁊ somnus ꝓfundus ⁊ sil'ia ha
bundantia fl'atis significantia. Quedam sunt si
gna demonstratiua ut sũt illa q̃ hic sunt posita.
Quedã salubria ut sunt diminutio accidentiuz
euacuatio materie per nasũ ⁊ per fluxuz uẽtris
Quedam uero signa sunt mortalia ut sũt augu
mentatio ⁊ cõtinuatio accidentiũ ut sudor frigi
dus retentio egestionis ⁊ urine ꝓpter obliuio
nem ⁊ si applicetur sanguisuga sup frontẽ ⁊ nõ
adheret quia significat ꝙ est paucus sanguis
⁊ si applicetur naribus forte sternutatorium ⁊
sternutet. Almansor.

**Qui cum clisteribus acutis que paulo
ante nominauimus curandus est. In os
quoq̃z ipsius mittemus idromel ⁊ labora
bimus ut descendat ipsum eni nutrimen
tum existit eius Silla.**

Hic ponit curã ⁊ diuiditur in tres ptes.
Primo ponit curã per euacuationẽ factã per
clisteria. Secundo per potũ. Tertio per localia
Secũda ibi. In os quoq̃z. Tertia ibi. Caput
preterea. De prima dicit ꝙ patiens curandus
est cũ clisteribus acutis de quibus ante dictuz
ẽ supra. s. c. de appl'ia. Notandum ꝙ rõ dic
ti ẽ quia dicta clisteria incitant naturã ad expel
lendũ materiã: ⁊ attrahunt ⁊ euacuant materi
am a cerebro. Secundo notandũ ꝙ loco cli
steris cõuenit tale suppositorium forte. ℞. sal'
gẽme castorei puluerizati añ. ʒ. i. conficiãtur cũ
melle ⁊ fiat suppositorium. Tertio notanduz
ꝙ si uenter eẽt ualde stipticus cõuenit clistere le
nitiuum. Deinde clistere raꝭ. Ratio pꝫ. Quar
to notandũ ꝙ si põt fieri purgatio debꝫ fieri cũ
isto solutiuo. ℞. ierepigre. ℥. s. aque mell'. ℥. iii.
Ad idem. ℞. pulueris pillulaꝝ cochiaꝝ. ʒ. i. s
sirupi roꝭ. ℥. ii. aque mellis. ℥. iiii. misce. In os
quoq̃z. Hic ponit curaz per potũ ⁊ dicit ꝙ dꝫ
exhiberi idromel faciendo ꝙ degluciat ipsum:
quia ẽ nutrimentum. Notandũ ꝙ idromel est
duplex quoddã ẽ pauce cõmistionis in quo. po
nuntur octo partes aque ⁊ una mellis. Sed ta
le non cõuenit hic. sed in pleuresi cõuenit scđm
Gal'. ⁊ ypo. in ꝑmo regiminis acutoꝝ. Quod
dam ẽ multe cõmistionis i quo ponuntur q̃ttu
or partes aque ⁊ una mell' ⁊ de tali ẽ hic ꝭmo.
Rõ q̃r habet digerere materiã rõne cl'itatꝫ mel
lis ⁊ abstergere. similiter ualet uia nutrimenti.
quia cum letargia sit morbus acutus ⁊ breuis
ualde conuenit cibus modici nutrimenti. Se
cundo notandũ ꝙ ꝑ idromel dꝫ intelligere ali
os pot⁹ digerentes ⁊ euacuantes materiã capitꝭ
de quibus dictum est supra de cephalea. Ideo
recurras illic. Almansor.

**Caput preterea usq̃z ad diatritũ ꝑmũ
oxirodino infundendus. Post tertiũ aũt
diẽ sternutationẽ uocabimus. ex hiis que
nominabimus. Et rademus caput ⁊ linie
mus ex sinapi ⁊ castoreo ⁊ aceto. Silla.**

Hic põit curã per localia ⁊ diuiditur i tres
Primo ponit curam ꝑ locale repercussiuum.
Scđo ꝑ sternutatoriũ. Tertio ꝑ locale resoluti
uum. Scđa ibi. Post tres uero. Tertia ibi.
Et rademus. De prima dicit ꝙ usq̃z ad tres
dies dꝫ fundi medicamẽ repercussiuum in quo
ponitur acetũ. Notandũ ꝙ si intentio sit ad re
ꝑcuciendũ acetũ sit parũ. ⁊ si ad euigilandum
acetũ sit multũ ⁊ sic tollitur contrarietas in ter
Auic. ⁊ serap. Notandum ꝙ tale repercussiuũ
est illud in quo ponitur succus plantaginis aq̃
roꝭ. ⁊ acetum ⁊ ratio partis est: quia tale prohi
bet augumentum apostematis ⁊ ascensum ua
porum ad caput: ⁊ hoc usque ad tres dies quia
usque ad tres dies materia est in fluxu. sed p⁹
tres dies materia est fluxa: ideo non competit
repercussiuum sed resolutiuum. Notandum ꝙ
ad idem ualent fricationes pedum ⁊ cruriũ for
tes cũ sale ⁊ aceto ul' sine hiis ⁊ ligature. Rõ q̃r
diuertũt. Post tres vero. Hic põit curã ꝑ ster
nutatõꝫ ⁊ diĉ ꝙ p⁹ tertiũ diẽ dꝫ ꝓuocari sternu

tatio cū his que dicta sūt in.c.de apoplexia qualia
sūt elleborus albus castoreū piper. Notanduȝ
ꝙ rō dicti est ista qꝛ hec incitāt naturā ad expel
lendū materiā fl'aticam cōtentā i cerebro ⁊ dis
soluunt ⁊ euacuant dictā materiā. sed nota ꝙ n̄
cōpetunt nisi post tres dies qꝛ ante timendū est
ꝙ causarent maiorē dissolationē: qꝛ nihil d' ma
teria ē digestum nec euacuatū: sed postea nō sic
timetur. Secundo notandū ꝙ si loco illi⁹ pulue
ris dicti sumatur succus auricule murum: uel
succus sicle ⁊ naribus imitatur solus uel mixt⁹
cū illis pulueribus mirabile ē in extrahēdo ma
teriā fl'aticā. Tertio notanduȝ ꝙ per illa ster
nutoria intelliguntur oīa que pn̄t excitare natu
rā ad expellendū materiā fl'aticā cōtentā scd̄m
caput. Ut ligature fortes in brachiis ⁊ cruribus
⁊ fricatōes fortes ⁊ exstirpatōes pillorū ⁊ bar
be ⁊ pectinis ⁊ auriū uentose dolorose qꝛ sūt in
somno graui ideo oportet ut excitentur. ⁊ habe
antur tubicine ⁊ soni fortes non moriantur dor
miendo. Ad idē ualet gargarisma factū cuȝ
oximelle cōposito cū aqua d'coctōis feniculi ul'
isopi uel oximelle squillitico ⁊ aqua calida.
Et rademus. Hic ponit curā p locale resoluti
uum. Et dicit ꝙ raso capite debet fieri linim̄tū
ex castoreo sinapi ⁊ aceto. Ratio qꝛ ista sūt ca
lida in quarto gradu. ideo resoluunt materiaȝ
fl'aticā in posteriori parte capitis cōtentam.
Notandū ꝙ loco huius ualet empl'ȝ ul' unguē
tum dictū in.c.de appoplexia. Ad idē ualēt ru
bificantia locū si fuerit ex sinapi uel aceto ul' ex
alleis pistatis mixtis cuȝ aceto. Ad idem ualet
si ungatur locus ex oleo de costo ul' de lilio uel
de castoreo. Uel si epithimetur cum aqua ardē
ti uel uite ⁊c̄.

De congelatione. Silla.

Otanduȝ circa rubricā. Primo quid
sit cōgelatio. Naȝ congelatio ē passio
posterioris partis capitis uel cerebri
pp quā homo perdit sensum ⁊ motum i corpo
re. Secundo notandum ꝙ aput medicos tres
sunt cause cōgelationis. s. primitiua an̄s ⁊ cōiū
cta. Primitiua sunt res non naturales inducē
tes fortē frigiditatē ⁊ siccitatem i parte posterio
ri cerebri sicut potus aque frigide. multa cōme
stio fructuum frigidoꝝ ul' infrigidatorum in aq̄
frigida. uinum ml'tum frigidum. uel cibi⁹ ml'tū
frigidus trāsiens per loca multum frigida. Cā
an̄s sunt humores frigidi ⁊ sicci anteq̄ȝ iducāt
dispositionē. Cā coniuncta ē mala cōpl'o frigi
da ⁊ sicca cum materia ul' sine materia imobi
litās. ul' ingrossās spiritus ita ꝙ nō descendunt
ad organa sensuum exteriorum unde causarēt
sensum ⁊ motum. Almansor.

Um aliquis quasi dormiēs iacet
⁊ non mouetur. ⁊ licet sint oculi
aperti. palpebras tamen non mo
uet stupidus est siue rigidus. Silla.

Hic determinat de congelatione ⁊ diuiditur
in duas partes. Primo ponit signa. Secundo
ponit curā. Scd̄a ibi. Curandus vero est.
De prima dicit ꝙ qn̄ apparent illa signa. Pri
mum ꝙ aliquis iacet quasi dormiens. Scd̄ȝ ꝙ
non mouetur. Tertiū ꝙ tenet oculos apertos.
Quartū ꝙ nō mouet palpebras. arguenduȝ ē
ꝙ talis est cōgelatus. Notandū ꝙ de rōne dic
toꝝ signoꝝ. Uerificatur: primū. patiens stat q̄si
dormiēs: qꝛ in congelatione frigiditas ē maxie
in parte posteriori unde spūs redduntur imobi
les ⁊ sic non possunt ire ad organa iō ⁊c̄. Uerifi
catur secundū per uerificationē primi. Uerifi
catur tertium si oculi stant aperti ratione siccita
tis: quia sicut humiditas est causa clausionis:
ita siccitas est causa apertionis. Uerificatur q̄r
tum quia non mouentur palpebre ratione sicci
tatis quia est causa fixionis. ⁊ ideo tales stant i
eadem dispositione in qua erant qn̄ aduenit eis
congelatio ⁊ si recti erant stant recti: ⁊ si scribe
bant stant sicut scribētes: si respiciebāt celū stāt
in illa dispositione: ⁊ sic de aliis figurationibus
⁊ iō uulgares credunt ꝙ sint rapti ⁊ loquuntur
cō deo ⁊ angelis. Scd̄o notandū ꝙ reperitur
cōgelatio letargia subeth ⁊ stupor q̄ uidentur
multū cōuenire lȝ differant. Cōgelatio ⁊ letar
gia ꝯueniunt. Primo qꝛ utraq̄ȝ ē passio poste
rioris ptis cerebri ul' capitis. Scd̄o i utraq̄ȝ est
ablatio sensus ⁊ motus. Tertio i utraq̄ȝ est obli
uio. Sed differūt quia i letargia oculi sūt clau
si. In cōgelatione uero aperti. Scd̄o letargia
fit a materia fl'atica faciente apostema i pte po
steriori capitis uel cerebri. Sed congelatio fit
a mala complexione frigida ⁊ sicca cū materia
uel sine materia. Stupor ⁊ subeth differunt qꝛ
in subet magis patitur sensus cōmunis cū som
nus sit passio primi sensitiui. In stupore magis
languet uirtus tactiua que est in neruis. Secū
do quia stupor est diminutio sensus ⁊ motus:
ideo potest esse in uigiliis. Sed subeth est abla
tio sensus ⁊ motus: ⁊ nullomodo potest esse in
uigiliis. Stupor ⁊ congelatio differunt: quia
stupor est in uirtute tactiua magis. Congela
tio uero in motiua. Secundo in congelatio
ne oculi sunt aperti. In stupore uero non sic.
Subeth ⁊ letargia differunt. qꝛ ī letargia est
fe. ⁊ apostema. i subeth n̄. scd̄o letargia ē passio

posterioris partis capitis. Subeth uero añrio
ris. Congelatio ⁊ subeth differunt q꞉ congela
tio est passio posterioris partis. Subeth uero
anterioris. Scdo in congelatione patiens é cũ
oculis apertis in subeth uero oculis clausis.
Tertio cõgelatio fit a mala cõpl'one frigida ul'
sicca cum materia ul' sine materia. sed subeth
fit a mala complexione frigida ⁊ hũida. Al.

Curãdus vero é ex medicis subeth .Sil.

Hic ponit curã ⁊ diuiditur in duas partes
Primo ponit cõuenientiã inter letargiã ⁊ con
gelatõm quo ad curã ex parte medicinaꝝ. Se
cundo ponit curã quo ad duo localia. Secũda
ibi. **Hoc tamen addito.** De prima dicit ꝙ ha
bens congelatõm debet curari cuȝ medicinis:
cũ quibus curatur hñs subeth. Notandũ ꝙ
cura congelationis ⁊ letargie cõueniunt ⁊ diffe
runt. Cõuenientia prima est in qualitate: quia
utraque est frigida. ⁊ cum cura debet fieri per
contrarium. Secundo in fortitudine cũ utra
qꝫ materia é grossa difficilis eradicationis. Ter
tio in applicatione medicinarũ q꞉ supra parteȝ
posteriorẽ applicari debent in utraqꝫ medicie.
q꞉ quelibet é passio posterioris partis capitis.
Sed differunt q꞉ medicine que cõueniũt i letar
gia debent eẽ appropriate humori flegmatico
Sed in cõgelatione humori mel'ico. Secun
do nota ꝙ medicine cõuenientes huic sũt medi
cine ille de qbus dictũ est in p̊mo capl'o i cura
cephalee ⁊ emigrãee a materia mel'ica. Jdeo re
currãs illuc q꞉ ibi explicãtur sirupi cõueniẽtes
⁊ medicine euacuantes. Tertio notandũ ꝙ dif
ferentia é inter sternutationes que fiũt in letar
gia ⁊ cõgelatione. Nam sternutatio i letargia
fit cũ ell'o al. ⁊ in congelatõe fit cuȝ nigro quia
euacuat mel'iam. Quarto notandũ ꝙ i hac
cura ualet hoc clistere. ℞. boraginis cum tota
substantia buglose cũ tota substantia mercuria
lis fumiterre añ. M. i. maratri cuscute añ. ℥. i.
timi epithi utriusqꝫ sticados añ. ℥. i. furfuris pu
gillum. i. olei de lilio mell' q̃rtꝫ. ʒ. salisgẽme. ʒ. i.
yereruffini ul' ieregolodion. ʒ. vi. clistere fiat us
qꝫ ad. ℥. v. plus ul' minus ꝺᷤ diuersitates corpo
rũ ⁊ uirtutis ⁊ in hoc medici errant qui tantuȝ
dant puo corpori quantũ magno ⁊ ita ꝺ sirupo
quia plus datur de sirupo uni homini magno
q̃ꝫ paruo. Almansor.

Hoc tñ addito ut oleũ sambucinũ sup caput fundat ⁊ in oĩ libra cuius sit. ℥. i. eu forbij. Jpsi quoqꝫ caput ex castoreo ⁊ eu forbio. ⁊ oleo sambucino liniat Silla.

Hic ponit curã per duo localia: ⁊ diuiditur
in duas partes scd̃m ꝙ duo sunt localia. Secũ
da ibi. **Jpsi quoqꝫ.** De prima dicit ꝙ in cu
ra congelationis conuenit fundi sup caput ole
um sambucinũ sic ꝙ in eo sit euforbiũ ponẽdo
lb. i. olei. ℥. i. euforbii. Ratio q꞉ resoluit mate
riã. Notandum ꝙ medicina ab extra q̃ r̃sol
uit materiã flegmaticã resoluit ⁊ mel'icam ideo
potest eẽ eadem. Sed ab itra approsimata alia
est medicia q̃ euacuat flegma ⁊ alia que euacu
at mel'iam ut patet. **Jpsi quoqꝫ** Hic po
nit curã per aliud locale ⁊ dicit ꝙ caput dꝫ lini
ri ex euforbio castoreo ⁊ oleo sambucino. Ra
tio quia dissoluit materiã. Notanduȝ ꝙ ad
idem ualet embrocatio facta cũ decoctõe bora
ginis buglosse fumiterre sticados thimi epithi
q꞉ talia hñt ꝓprietatẽ ĩsoluẽdi materiã mel'icaȝ

De paralisi graui. Sillanus.

Notandum circa rubricaȝ quid sit pa
ralisis. Dicendum ꝙ paralisis est
mollificatio neruoꝝ cum ablatione sẽ
sus ⁊ motus. Per hoc ꝙ dicitur mollificatio
differt a spasmo: q꞉ in paralisi est prolongatio
neruoꝝ in spasmo uero est abbreuiatio secũdũ
longũ q̃ꝫuis non ꝺᷤm latum. Per hoc ꝙ dicitur
cũ ablatione sensus ⁊ motus differt a stupore ⁊
tremore q̃ dicuntur mior paralisis ut uidebitur
in ꝓcessu. ⁊ iõ dicitur in rubrica de paralisi gra
ui. Notandũ ꝙ paralisis est duplex. s. vl'is ⁊ pti
cularis Uniuersalis est que medietatẽ corporis
tenet secundum longũ ⁊ aliquando ambo late
ra excepto capite quia si esset in capite tunc esset
appoplexia. Particularis é illa q̃ in uno mem
bro tantũ é ut in manu uel pede ⁊ sic de aliis.
Tertio notandum ꝙ cause paralisis secũdũ me
dicos sũt tres. s. Primitiua: Añs: ⁊ Cõiuncta
Primitiua est omne illud ꝙ auget humorem
flegmaticum in cerebro. Ut sunt res non natu
rales ut sunt cibi flegmatici pisces carnes por
cine ⁊ sil'es eis magna comestio fructuũ crapu
la somnus superfluus ⁊ etiam coadiuuant com
plexio frigida ⁊ humida: etas frigida. s. senectu
tis regio frigida ⁊ humida. Similiter sunt alie
res extrinsece ut casus percussio neruorum at
tratio ruptura ⁊ scissio per transuersum. dislo
catio ira timor. Nimia frigiditas exterior clau
dens ⁊ comprimens uias caliditas exalãs. con
strictio. ligatura ⁊ sic de aliis. Causa antecedẽs
ut plurimum est materia flegmatica imbibita
in neruis anteq̃ꝫ auferatur sensus ⁊ motus.

Cum hoc etiam potest esse sanguis uel me
lencolia. Causa coniuncta est materialis:
flgematica actu imbibita existens in porosita

tib⁹ neruoꝝ: ratione cui⁹ aufertur sẽsus ⁊ mot⁹
⁊ hoc ut plurimũ. Quarto notandũ ꝙ inter pa
ralisim ⁊ spasmũ ẽ cõuenientia ⁊ differentia.
Conueniunt ꝑmo q: in utraqꝫ passione est ab
latio sensus ⁊ mot⁹: ⁊ loquor de spasmo i facto
esse. q: in fieri ẽ motus ut pꝫ. Differũt ꝑmo: q:
in paralisi ꝓlongantur ꝭm longum ⁊ minuitur
scõm latũ: q: materia paraliꝭ ẽ fleuida aquosa
q: fluit ꝑ porositates ut patet de corrigia made
facta: sed i spasmo diminuitur mẽbrũ secundũ
longũ ut patet ⁊ augetur ꝭm latũ q: materia est
grossa uiscosa ideo non fluit ꝑ porositates mẽ
bri. Scdo differunt q: pars mollificata in pali
si sequitur partẽ sanã ratione ꝓlongationis in
spasmo uero pars spasmata trahit ad se partẽ
sanã ratiõe contractõis. Dubitatur utrũ pa
raliꝭ sit morbus nel accidens. Dicendũ qꝺ
paralisis põt dupliciter ꝯsiderari uel quantum
ad cãm que põt esse mala ꝯplexio uel cõpositio
uel solutio cõtinentis: uel apostema ⁊ sic ẽ mor
bus. Uel põt ꝯsiderari ratione eius qꝺ sequitur
⁊ sic ẽ lexio uirtutꝭ motiue: uel extensio mẽbri q̃
cõsequitur ⁊ est accidens. Sed dubitatur sta
tim qualis morbus ẽ: primo mõ uel cõsimil' uel
officialis. Dicendũ ꝙ est morbus officialis.
semp licet ẽt posset esse consilis. Alman.

Um aliquis se mouere non valet aut unuꝫ vel plura ex mẽbris mo uere non põt atqꝫ eoꝝ sensuꝫ ami sit ipsum paralisim ipsius mẽbri aut ipoꝝ mẽbroꝝ icurrisse ꝓnunciamus. Sill.

Hic determinat paralisi ⁊ diuiditur i duas
Primo ponit signa. Scdo curã. Secunda ibi.
Cuius curam. De prima dicit: ꝙ cũ aliqs nõ
põt se mouere ⁊ hoc quantũ ad vl'e corpus uel
unũ: uel plura mẽbra mouere nõ põt ⁊ h̃ quan
tũ ad particulare. sil'r perdit sensũ eoꝝ arguen
dũ ẽ illum habere paralisim illius mẽbri ul' illo
rũ mẽbrorũ. Notãdũ ꝙ ultra signa predicta
sũt alia signa paralisis. pulsus ẽ ocultus debil'
frequẽs iordinatus: urina ẽ alba ⁊ tenuis: aliqñ
tñ est multũ colorata ꝓpter renes nõ potentes
segregare. uel rõne doloris ul' febris cõmunicã
tis: latus infirmũ est frigidum sicut si esset i gla
tie. ⁊ sanũ sentitur calidũ ualde oculus aliquan
do miorаtur. Hec sunt signa paralisis abso
lute. Signa humorũ peccantiũ si est ex fl'ate
color est albus i mẽbro. ⁊ signa flegmatis in to
to corpore. Si ex sanguine pulsus ẽ plẽus color
corporis ẽ rubeus. uene replete totum corp⁹ ple
nũ ⁊ signa sanguinis ꝑcesserunt. Si ex melia
erit mẽbrũ liuidũ. ⁊ signa mel'e precesserunt.

Ratio signoꝝ paraliꝭ raꝭ est. quia in paralisi
fit opilatio neruorũ i originibus ⁊ porositatib⁹
eoꝝ: unde ꝓhibetur transitus spũs aialis sensi
bilis ⁊ motiui unde ꝑditur sensus ⁊ motus i mẽ
bro uno uel pluribus ꝭm ꝙ paralisis ẽ ul'is uel
particularis. Tertio notandũ ꝙ rõne aliorũ si
gnoꝝ. pulsus ẽ ocultus ꝓpter frigiditatẽ: debil'
ꝓpter idẽ frequens ꝓpter prauitatẽ. inordinat⁹
ꝓpter debilitatẽ uirtutis. Urina tenuis alba
q: materia transit ad cerebrũ ⁊ ad neruos qꝺ
subdit pꝫ. latus ifirmum est frigidũ. ratio q: ñ
transit spũs cuius pñtia membrũ reddatur ca
lidũ. item q: est pñtia materie frigide. Latus sa
nũ est calidũ ualde q: spũs q solebant ire ad
membrũ paraliticatũ transeunt ad mẽbrum sa
nũ. Oculus aliqñ minoratur. Ratio quia i
parte paraliticata deficit nutrimentũ iõ ⁊c̃. licꝫ
tñ ꝓpter paralisim siue relaxatõnẽ apparet ma
gis ꝑminens sicut manus paraliticata appa
ret longior sed tñ ẽ plus macra. Sed rõ signo
rũ scõm diuersitatẽ apparet intuẽtibus. Quar
to notandũ ꝙ signoꝝ paralisis. quedã sũt pro
nostica ⁊ quedã demõstratiua. Pronostica sũt
stupor mẽbri ⁊ tremor. Demonstratiua sunt si
gna posita a Rasi ⁊ alia posita supra. Quin
to notandum ꝙ signoꝝ paraliꝭ. quedã sũt salu
tifera sicut recuperatio sensus ⁊ motus. Secun
do qñ mouetur neqꝫ mutatur mẽbrũ a colore:
quẽ habebat i sanitate. Signa mortalia sunt
continua ablatio sensus ⁊ motus. continua ma
crefactio mẽbrorum mutatio colorum ad uiri
ditatem uel macredinẽ uel nigredinẽ. Sexto
notandũ ꝙ in membro corporis humani aliqñ
aufert motus ⁊ remanet sensus aliquando au
fertur sensus ⁊ non motus aliqñ utrũqꝫ aufer
tur. Causa ꝑmi q: spiritus motiuus ẽ grossior
sensitiuo ⁊ maior quantitas requiritur ad motũ
q̃ꝫ ad sensum unde propter oppilationem ali
quando potest transire spiritus sensitiuus ⁊ nõ
motiuus. Causa secundi est quia spiritus sẽ
sitiuus aliquando impellitur per unum neruuꝫ
⁊ motiuus per alium. unde potest fieri opilatio
in sensitiuo ⁊ non motiuo. Causa tertii: quia
potest fieri opilatio in neruis sensus ⁊ motus si
differantur per diuersos neruos uel in uno si
differantur per unũ neruum. unde prohibetur
transitus spũs sensitiui ⁊ non motiui. Notan
dum septimo de quibusdam signis ꝓnosticis
paralisis. uel ad bonũ uel ad malum. In sensi
bus paralisiis nunq̃ꝫ uel de difficili curatur rõ
ꝓpter debilitatem uirtutis ⁊c̃. Scdm paralisis
prouenieñs ex dislocatione aut nimia neruoruꝫ

cōtractōe: aut ruptura aut icisione per trāsuer
sū nō recipit curā. Ratio patet. Tertiū si mem
brū paraliticatū minuetur: aut mutetur color
ualde malū ē: ratio patet ⁊ sic non est spes cura
tionis. Quartū tremor supueniens paralisi
bonum: ratio quia per illum motuz calefit ⁊ re
soluitur materia paralisis. Almansor.

**Cuius curā incipiemus. pillulas feti
das quas cōposui dando. que. ℞. pulue
ris pigre. ʒ. x. collogntide iterioris. ʒ. v. eu
forbij. ʒ. ii. ⁊ . ʃ. castorei. piperis a se fetide
sapini oppoponaci. sandaragi idi. sinap.
oim. vii. añ. ʒ. i. centauree mioris elacterij
ambor̄ añ. ʒ. v. gūme in succo rute dissol
uantur. ⁊ alia ex eis cōficiant. ⁊ fiant pil
lule ⁊ fiant ex eis. x. potiones quaruz vna
postq̄z eger sumpserit p tres dies qescat ⁊
nutriatnr tunc cū aqua ciceris ⁊ oleo ⁊ si
napi. deinde bibat aliā potionē. ꝙ postq̄z
ter fecerit p aliquos dies qescat.** Silla.

Hic ponit curā ⁊ diuiditur in duas partes
Primo ponit curā qñ ꝑuenit a causa itrinseca
Scḋa qñ fit a causa extrinseca. Scḋa ibi. Qḋ
si paralisis. Prima in tres. Primo ponit cu
ram per medicinā laxatiuā. Scḋo per dietam.
Tertio p localia. Scḋa ibi. **Et nutriatur.** Ter
tia ibi. **Membra quoqz.** Primo dicit ꝙ cu
rā debemus incipere exhibēdo pillulas fetidas
ſm descriptionē que est. ℞. pulueris iere. ʒ. x.
colloquintide iterior̄. ʒ. v. euforbii. ʒ. ii. ʃ. casto
rei piperis assefetide serapini oppoponaci secta
ragi indi sinapis añ. ʒ. i. centauree minoris elac
terii. i. succi cucumeris asinini ambor̄ añ. ʒ. v.
gūmi dissoluantur in succo rute ⁊ alia ex eis cō
ficiantur ⁊ fiant pillule. Secundo dicit ꝙ fiant
ḋ istis. x. potiones ⁊ postq̄z unā sumpserit quies
cat per tres dies ⁊ nutriatur aqua cicerū oleo ⁊
sinapi deinde debet sumere aliā. Tertio dicit
ꝙ cū fecerit tribus uicibus. debet quiescere per
aliquos dies. Notandū ꝙ ratio primi dicti
est: q̄r tales pillule euacuant materiā facientem
paralisim. Ratio secundi q̄r uirtus ē debilis iḋ
debet sumere parū pro uice ⁊ similiter dʒ quie
scere post ut uirtus subleuetur. Ratio tertii pʒ.
Scḋo notandū ꝙ anteq̄z dentur iste pillule dʒ
precedere sirupus digestiuus materie flegmati
ce in paralisi ⁊ est talis. ℞. radicū acori q̄rt̄. i.
ʃ. paralisis. M. iii. herbe ipiconis utriusqz sal
uie bethonice mellisse utriusqz rute folior̄ lauri
añ. M. i. semis xiseloes xilobalsami carpobal
sami seminis basilici añ. ʒ. ii. liquiricie rase uua
rū passarū mundatar̄ ab arill'. añ. ℥. i. floruz an
thos uel ameos utriusqz sticados añ. ℥. i. mell'.
electi lb. ʃ. fiat sirupus cū aqua pluuiali diligē
ter clarificatus usqz ad lb. i. Ad idē. ℞. radi
cum acori lb. ʃ. saluie. M. iii. flor̄ sticados ara
bici q̄rt̄. i. mell'. electi lb. ʃ. zuccari albi q̄rt̄. iii.
fiat sirupus clarificatus usqz ad lb. i. ʃ. ⁊ ē ualḋ
appropriatus ⁊ ē melior qui pōt fieri i hoc casu
Ad idē. ℞. sirupi de sticados arabici. ℥. iiii.
Tertio est notandū ꝙ solutiuū quo ē utenduz i
forma pillular̄ a ṗncipio ꝙ nō est sic forte ē. ℞
ierepigre gal'. ʒ. ii. turbith bene gūmosi agarici
añ. ℈. i. pulpe colloquintide bdelii añ. ℈. ʃ. zizi
beris al. castorei. añ. g̃. v. pulverizenda pulueri
zentur misce omnia cū idromelle facto cū aqua
saluie. fiant pillule ⁊ administrentur in introitu
lecti. Ad idē ualent pillule fetide Rab. scḋm
descriptionē positā ⁊ debent dari in corpore for
tis uirtutis. Ad idē ualēt pillule de euforbio
descriptōe mesue. Ad idē ualēt pillule de sara
pino descriptōe mesue. Ad idē ualent pillule
de oppoponaco descriptōe mesue. Ad idē ua
lent clistere hoc. ℞. decoctōis saluie rute stica
dos centauree mercurial' malue furfuris. lb. ʃ.
addatur ierepigre ierelogodion. añ. ℥. ʃ. salis. ʒ
ii. olei cōmunis. ℥. iii. Quarto notandū ꝙ tur
bith. s. solum euacuat flegma subtile: sed cū. ʒʒ.
euacuat flegma grossū: ⁊ ideo in paralisi debet
poni parum de. ʒʒ. ⁊ in spasmo multū de zizib.

Almansor.

**Et nutriatur carne frustatim incisa ⁊
i sartagine frixa: ⁊ mutageath in qbus sūt
spēs calide: ut piper ⁊ his silia. In potu
vero sumat idromel.** Sillanus.

Hic ponit curā per dietā. Et primo p cibū
Scḋo p potū. Scḋa ibi. **In potu vero.** De
prima dicit ꝙ eger dʒ nutriri carne frustati ici
sa i sartigine frixa cū qua sunt spēs calide ut pi
per. Ratio q̄r p hanc generatur nutrimentum
magis siccū unde magis ꝯsumatur materia pa
ralisis. Notandū ꝙ p istā assaturā itelligit
alios modos sibi ꝓportionales ut i ueru supra
crathiculā ⁊ sil'es. sil'r itelligit declinātes ad ca
lidū ⁊ siccū. Scḋo notandū ꝙ carnes ꝯuenien
tes i cura paralis̄ sunt carnes castrati pdicis fa
siani turturis columbini ⁊ maxie antiq̄ passeres
turdi. rō q̄r ex hiis generatur nutrimētū siccuz.
Tertio notādū ꝙ i cura palis̄ nihil magis ꝯue
nit q̄z fames ⁊ ieiuniū uigilie labor cū sudorē ul'
motus fortis. rō q̄r illa desiccāt materiā fl'aticā
i palis̄ iḋ ⁊c̄. Quarto notandū ꝙ q̄zuis sint m̄l'
te spēs q̄ cōueniunt in paralisi taz simplices q̄z
cōposite ut piper ⁊ cetera. tamen iste puluis est

appropriatus. ℞. interiorꝝ cinamomi elci q̄rt.
ſ. coriandri preparati. ℥. i. gariof. galange pipe
ris cubebe domeſtice macis nucis muſ. añ. ℥. i.
radicũ acori. ℥. ii. ligni aloes calami aromatici.
añ. ℥. ſ. grane tinctoꝝ. ʒ. iiii. ſaluie ſicce floꝝ ſti
cados ara. añ. ʒ. croci. ʒ. ii. ſeminis aniſi fenicu
li añ. ʒ. iiii. zuccari albi ℔. ſ. fiat puluis ſubtilis
ponatur i paraſide uel alio modo quo placet.
Ad idẽ. ℞. piperis. ʒ. ii. ſ. gariofo. ʒ. i. carda
momi piperis longi zedoarie añ: ʒ. i. ſpecie ma
cis croci añ. ℈. i. fiat puluis ⁊ utatur. Ad idẽ
ualet diaccorus uel accorus cõditus uel diaca
ſtoreũ uel potio ſancti pauli. **In potu vero.**
Hic ponit curã per potum dicẽs ꝙ patiens pa
raliſim debet ſumere in potu idromel. i. aquaꝫ
mellitã ratio qꝛ digerit materiã ⁊ eſt pauci nutri
menti ⁊ per idromel poſſumus itelligere quẽcũ
qꝫ ſirupũ digeſtiuũ materie ⁊ debꝫ adminiſtra
ri loco uini qꝛ uinũ ñ cõpetit i pͥncipio maxime
i paſſionibꝰ neruoꝝ ut dicunt auctores qꝛ ẽ ma
xime penetratiuũ ⁊ facit penetrare cibũ crudũ
ad neruos ⁊ in neruis cõuertitur in acetum qᷦ
maxie ẽ inimicuꝫ neruoꝝ. Almanſor.
**Membra quoqꝫ eiꝰ ex oleo coſtino in
ungant. Qᷦ. ℞. ℥. i. piperiſ. piretri. eufor
bij omniũ triũ añ. tertiã. ℥. i. caſtorei. ℥. ſ.
diſſoluant oĩa in media libra olei de keiri
aut de narciſo ⁊ vtet eo. Sillanus.**
Hic ponit curã per localia ⁊ diuiditur i du
as. Primo per inunctõm. Secundo per confe
ctionẽ. Secunda ibi. **Diebus vero quibus.**
De prima dicit ꝙ mẽbra paralitica debẽt inun
gi oleo coſtino ꝙ ſic fit. ℞. coſti. ℥. i. piperis pi
retri euforbii añ. tertiã. ℥. i. caſtorei. ℥. ſ. omnia
diſſoluantur in ℔. ſ. olei de keiri: aut ᷦ narciſo
aut oleo laurino qᷦ melius ẽ. Notãdũ ꝙ rõ
dicti ẽ: qꝛ illud oleum calefacit ⁊ exicat mẽbra ⁊
ꝯfortat neruos ⁊ cõſumit materiã flegmaticã i
bibitã i poroſitatibus neruoꝝ ⁊ remouet ma
lã cõplexionẽ frigidã ⁊ humidã q̃ eſt in paraliſi
⁊ quotidie utor illo oleo. Scᷦo notandum ꝙ
ad idẽ ualet unguentũ hoc. ℞. radicuꝫ accori
lilii. coſti. añ. ℥. ſ. piperis piretri euforbii caſto
rei añ. ʒ. ii. ſaluie ſicce. ʒ. iii. floꝝ ſticados arabi
ci. ʒ. i. ſ. ſpicenardi ſgnãti añ. ʒ. i. ſucci herbe pa
rãliſis facta reſidẽtia. ℥. i. olei de nuce idica olei
naſturcii añ. quart. i. uini. ℥. iii. pulueriʒanda
pulueriʒentur ⁊ cõquaſſãda cõquaſſentur bul
liant ſiľ ſuper cineres uſqꝫ ad cõſumptõm uini
coletur ⁊ colature addatur cere q̃ꝫtum ſufficit
⁊ fiat unguentuꝫ. Ad idẽ. ℞. bdelii. ʒ. x. eufor
bii. ʒ. iiii. caſtorei. ʒ. iii. ſerapini. ʒ. iiii. cere. ʒ. xv.
olei ſambacini uľ olei de kerua. ʒ. x. bdeliũ ⁊ ſe
rapinũ diſſoluantur i aqua rute agreſtis ſumã
tur cũ aqua calida ⁊ fiat ungtm̃. At idem ualet
ungtm̃ arogon nicolai. Ad idẽ ualet unguẽtuꝫ
marciaton nicolai magnũ. Ad idẽ ualet unguẽ
tũ dictũ in. c. de apopľia. Ad idẽ. ℞. cere. ℥. iii.
iſopi humide ſucci rute añ. ʒ. ii. euforbii piperis
armoniaci croci olei balſami caſtorei glutis al
boti oppoponaciſ añ. ʒ. ii. ſigie. ʒ. ii. ſ. olei ꝙ ſuf
ficit. Ad idẽ olei benedicti olei terbentine añ.
q̄rt. i. cere q̃ꝫtũ ſufficit fiat unguentũ. Ad idẽ
ualet inunctio cum oleo de maiorana uľ iunipe
ris uel cum oleo de croco uel de piperibus uel
cum oleo de gagate uel cuꝫ oleo phõꝝ. Ter
tio notandũ ꝙ loco olei uel unguenti ꝯuenit ta
lis ablutio. ℞. ſaluie ſicce. M. iii. conquaſſa ⁊
bulliant in tribuſ ℔ aque pluuiaľ uſquequo re
deat ad ℔. ii. ⁊ in fine decoctõis bulliat duabuſ
bullitõnibus floꝝ ſticados arabici quart. ſ. co
letur ⁊ colature adatur aque marine ℔. i. uini
al. ℔. ſ. melľ electi quart. i. ⁊ iſta ẽ bona ablutõ
in paraliſi. Uel loco decoctõis ſaliue ⁊ ſticadoſ
capiantur aque diſtillate eaꝝ. Ad idem ualet
ablutio mẽbri cum aqua ardẽti de aqua uite ſo
lum uel mixta cum medietate uini albi ⁊ exper
tus ſuꝫ frequẽter i doloribus neruoꝝ ⁊ ſpeciali
ter in uxore dñi de becharia. Quarto notã
dum ꝙ loco illius ualet hoc empľm. ℞. ſucci
rute facta reſidẽtia. ℔. ſ. pulueriſ ſtercoris colũ
bini qᷦ ſufficit ad icorporanduꝫ miſce ⁊ fiat em
pľm liqdum ⁊ extendatur ſupra pãnuꝫ ⁊ pona
tur ſupra mẽbrum paraliticatuꝫ ⁊ ſupra neruo
rum originẽ. Ad idẽ ualet empľm cõpetens i
appoplexia. Sed addatur gũmi rute agreſ. ʒ.
ii. Quinto notandũ ꝙ mẽbra que debent in
ungi uel emplaſtrari ſunt duo i paraliſi. ſ. mem
brũ paraliticum ⁊ mẽbrũ a quo oriuntur nerui
⁊ ulť ad illud itendimus uerbigꝛa ſi in pede fit
paraliſ debet inungi pes ⁊ cum hoc ſpina dor
ſi quãtuꝫ ad partẽ inferiorẽ iuxta alkatin qꝛ ab
illa oriuntur nerui ad pedeſ. Similiter ſi manꝰ
ſit paralitica debet in ungi manus ⁊ tota ſpina
colli qꝛ ab illa oriuntur nerui ad manꝰ. Ut uult
Auic. ſcᷦa tertii ⁊ Gal. primo de interioribus
ubi recitat de illo qui cecidit de mula. ⁊ medici
applicabãt medicinã ſupra partẽ paraliticã ⁊ ñ
ꝓficiebat ⁊ ipſe poſuit medicinã ſuper originibꝰ
neruoꝝ ⁊ curatus fuit. Sexto notandum ꝙ
talia unguenta ⁊ inunctiones poſſunt applicari
dupliciter. Primo cum balneo. Scᷦo ſine bal
neo. Si ſine balneo debent approximari prius
facta euacuatõe uniuerſali. ⁊ iõ errãt uulgares

vulgares cõiter ⁊ uetule que statim cũ ueniunt ad infirmũ ponũt aliqua remedia particularia supra mẽbrũ non precedente euacuatõe. Secũdo possunt approximari post balneũ ⁊ est melius premissa tñ euacuatõe ul'i q: meli⁹ penetrãt

Notandũ septimo ꝙ balneũ cõpetens ĩ paralisi est duplex.s.naturale ⁊ artificiale. Naturale ẽ balneũ aque marine uel sulphuree. Artificiale ẽ duplex. vnuz quod fit ex herbis superius positis in sirupo coperiendo balneũ ⁊ recipiendo solũ fumũ. Aliud est balneũ speciale cõpetens solũ in paralisi.s. ℞.aquã decoctionis uulpis integre extractis uisceribus cuz pelle tota fiat balneũ dũ uenter paciẽtis sit bene preparatus: quia aliter posset eẽ causa dissolutionis materie. Octauo notandũ ꝙ uẽtose sine scarificatõe cum stricto orificio apposite supra capita neruorum multũ iuuãt. Rõ quia calefaciunt ⁊ exiccant. Similiter fricationes facte in eisdem locis cũ sale uel semine urtice ul' sinapi.rõ per idem ⁊ totũ post euacuationẽ fiat diebus aliquot. Alman.

Diebus uero quib⁹ quiescit dãde sũt quaqz die.ʒ.ii.de anacardino ꝙ ℞.ʒʒ.piretri nigelle costi melanopipis macropiperis oggij oĩum añ.ʒ.i.myrrhe rute sicce asse fetide aristol'.baccaꝝ lauri castorei setaragi indi sinapis gentiane oĩum añ. ʒ. v. mellis anacardi.ʒ.v.unganſ cuz oleo nucũ: ⁊ cum melle cocto cõficiantur. Hoc eniz medicamen ualde confert paralisi: appoplexie torture ⁊ tremori morsee morsibus scorpionis ⁊ oĩbus passionibus frigidis. ⁊ spasmo humido. Que cũ sumitur illico prouocat sudorẽ ⁊ ĩfert febrẽ. ꝙ si sũptuz non affert sanitatẽ eger ab oĩ medicamĩe per.x.dies abstineat excepta dieta.deinde ad ipsius curã redeundum. Silla.

Hic ponit curam per aliud locale.s.ꝑ confectionẽ sumptã per os ⁊ diuiditur in duas.primo facit hoc ostendendo effectus qui sequuntur ex assumptione. Secundo ostendit quid sit fiendũ cum ex assumptione huius medicine nõ sequatur sanitas.secũda ibi. Qđ si sumptũ. De prima dicit ꝙ in diebus quietis qualibz die debent sumi.ʒ.ii.de anacardio quod sic fit. ℞ piretri.ʒʒ.nigelle costi melão piperis macropiperis oggi.i.acori omniũ añ.ʒ.x.myrrhe rute siceasse aristologie baccarũ lauri sectaregi indi castorei sinapis gentiane omniũ añ:ʒ.v.mellis anacardi.ʒ.v.ungantur cũ oleo nucũ ⁊ cũ melle cocto ꝯficiantur.hoc enim medicamẽ cõfert multũ paralisi apploplexie tremori torture albaras morsibus scorpionis spasmo hũido. Et omnibus passiõibus frigidis. Secũdo dicit ꝙ cum sumitur tale medicamen prouocat statĩ sudorẽ ⁊ febrẽ.ratio ẽ: ꝓpter magnã caliditatẽ.

Notandũ ꝙ ratio ẽ duplex quare ualet hoc medicamen: quia inducendo febrẽ ⁊ prouocando sudorẽ consumit materiam flegmaticã ⁊ remouet malã cõplexionẽ frigidã inductam in paralisi. Similiter q: cõfortat neruos q: ponũtur multa confortantia neruoꝝ.ut costoreũ anacardum: ⁊ ita utimur anacardis: qnia confortant memoriã confortando neruos. Tertio notãdũ ꝙ cum medicamẽ istud sit fortis uirtutis nõ debet approximari in paralisi si precedant alia electuaria magis domestica: et de illis est illud quo cõiter utebatur gerard⁹. ℞.pulueres pliris sine musco.℥.ſ.interiorũ cinamõi electi.ʒ.i ligni aloes storacis calamite nucis musca.cubebe domestice añ.ǧ.v.macis grane tinctoꝝ añ. ℈.i.seminis anisi seis feniculi coriandri prepati añ.℥.ſ.ꝯserue accori.℥.ſ.corticũ citri.ꝯditi.ʒ. ʒ.ꝯserue anthos ul' adianthos ꝯserue sticados arabici añ.ʒ.ii.aque saluie.ʒ.v.aque rof.domestice quartꝫ.i.zuccari al.℔.i.fiat elcũarium in bol' diligenter. Quarto notandũ ꝙ ista electuaria ⁊ unguenta que dicta sunt in paralisi cõpetunt qñ tam cã añs q̃z ꝯiũcta sunt frigide: q: si essent calide nullo mõ ꝯuenirent. Dubitatur utrũ illa die qua dantur medicie ꝯpetat electuariũ illud. Dicendũ ꝙ nõ quia medicina solutia trahit ad interiora: sed hoc electuariũ trahit ad exteriora. Secũdo quia medicina solutiua euacuando debilitat: sed hoc electuarium quia fortis est uirtutis causando febrẽ debilitat ⁊ sic adderetur debilitas debilitati quod non ẽ faciendũ. Qđ si sumptũ. Hic ostendit qd ẽ fiendũ qñ ex assumptione huius medicine non sequitur sanitas: ⁊ dicit ꝙ debz abstinere ab oĩbus medicinis per.x.dies excepta dieta. ratio ut uirtus subleuetur. Secũdo dicit ꝙ post redeundũ est ad eius curaz. Ratio q: uirtus iaz subleuata erit potens ad sustinenduz fortitudinem huius medicaminis. Al.

Qđ si paralisis ex percussione aut casu euenerit: ⁊ acciderit subito taliter ꝑmanebit nũq̃z eñi sanabiſ. ꝙ si non repẽte ex predictis sed paulatim ⁊ molliter inuaserit: loco ꝑcussionis empl'm hoc ẽ apponẽdus. Qđ. ℞.farinã fenu greci semẽ been semen mahalep.semẽ resin bdeliũ armõiacũ adipẽ anatꝫ cerã oleũ de yrinũ.ex his

fiat emplm̃ ⁊ supponatur. Sil.
Hic ponit curá palisis facte a cá extriseca.
s.casu uel percussione: ⁊ diuiditur in duas. Pri
mo pōit seu oñdit quó se hꝫ ad curá qñ talis ꝓ
uenit subito. Secúdo qñ paulatiue. secúda ibi.
Qȝ si nó. De prima dicit ꝙ si paralisis ex
casu uel ꝑcussione ꝓueniat subito talis é icura
bilis cú sic permaneat. Notandú ꝙ dictum
rasꝭ hꝫ uerú nisi ex tali casu uel ꝑcussione iducé
te subito paralisꝭ causaretur dislocató: qꝛ tunc
sufficit reducere mébrú ad locú: qꝛ ꝓpter illud
fit ablatio sensus ⁊ motus. Scḋo notanduꝫ
ꝓ róne dicti quia signú é ꝙ ꝓuenit a cá multuꝫ
forti causante apꝑa uel opilatóꝫ in neruis. Qȝ
si non. Hic ponit curá qñ palisꝭ uenit paula
tiue ⁊ dicit ꝙ si illa paralisꝭ é ex casu uel ex ꝑcus
sione ⁊ fiat paulati in loco ꝑcussionis dꝫ poni hꝫ
emplm̃. ℞. farine fenugreci semen been semen
mahalep semé risini. i. semé pétadactali bdeliú
armoniacú adipé anatis ceram oleú de lilio ex
his fiat emplm̃. Notandú ꝙ ró dicti é qꝛ hꝫ
é mitigatiuú doloꝝ confortat neruos ⁊ resoluit
Secúdo notandú ꝙ emplr̃ ponitur i forma
sic. ℞. farine fenugreci bdelii armóiaci añ. ℥. i.
pipis al. seis resim añ. ℥. ii. adipis anatꝭ. ℥. ſ. oli
de lilio uel irini. ℥. ii. puluerizétur puluerizáda
liquefiant liq̃fienda misce oia ⁊ fiat emplm̃ exté
datur supra pánú ⁊ ponatur supra locú ꝑcussú.
Ad idé. ℞. myrre oppopóaci añ. ʒ. v. casto
rei. ʒ. iii. euforbii. ʒ. ii. olei de lilio olei de narci
sco añ. ℥. ii. cere. ℥. v. puluerizétur puluerizáda
⁊ liquefiant liq̃fienda: misce ⁊ extendatur supra
pánú ⁊ ponatur supra locú. Tertio notáduꝫ
ꝙ in paralisi ex casu uel percussione aliud é po
nendú supra locú ꝑcussum ⁊ aliud in parte su
periori iuxta nerú percussum ponédú é quod é
dictú: sed in parte supiori dñt pói repercussiua
⁊ si materia fluens sit calida ponéda sunt frigi
da stiptica qualia sút múmia bolú ar. sumac.
añ. ʒ. ii. cú oleo mirtio fiat emplm̃ ⁊ suppone. si
ṽo materia sit frã ponátur calida stiptica: q̃lia
sút nux cipressi olibanú ⁊ incorporétur in uino
stiptico. Quarto notandú ut in cóquassatóe
q̃ apparet i toto corpore ualet iduere pellé ouis
calidá recéter excorticatá. Dicit gerardꝰ. reco
lo ꝙ hébá quédá uicinú cóquassatú totú ⁊ ðbi
lé ⁊ nó potuit flebotomari qꝛ senex. lxx. ánoꝝ fe
ci ꝙ haberet pellé multonis ⁊ iuolutus in eam:
erat liberatꝰ in crastinú. Dubitatur utrú in
paralisi sit icipiédú cú fortibꝰ. ꝙ sic pꝫ per Ra
sim q icipit curá cuꝫ fortibꝰ sicut cú pillꝭ fetidis
Secundo sic. In apꝑate dú timemꝰ suffocatóꝫ i
cipimꝰ a prin. cuꝫ fortibꝰ g̊ in paralisi tꝫ ꝯña: qꝛ
paralisꝭ aliq̃ pót suffocare ꝑ ꝓuatóꝫ motꝰ lacer
toꝝ pectoris ⁊ diafragmatꝭ. In oppositu ẽst
mesue aucte gal. ca. de paralisi. Dicéduꝫ ꝙ re
gulariter in paralisi ⁊ in passionibꝰ neruoꝝ nó
é festinanduꝫ cuꝫ fortibꝰ a ꝑ̇ncipio. Ró qꝛ talia
agitant materias ⁊ deiiciunt ṽtutes si sunt eua
cuantia nó iueniétia materiá apertá. Secundo
dicenduꝫ ꝙ coacte ubi materia paralisꝭ ul' spas
mi minaretur morté subito ꝓpter mébroꝝ ãhe
litus nocumẽtuꝫ possumꝰ icipere a fortibꝰ. Ad
rónes. Ad primá dicenduꝫ ꝙ rasꝭ intelligit pre
missis leuibꝰ medicinis: uel ꝙ illud qȝ dicit rasꝭ
nó é principiuꝫ cure nisi coacte. Ad secundaꝫ
ꝓbat secunduꝫ dictum. Dubitatur secundo
cuius lateris palisꝭ sit difficilioris cure an dextri
uel sinistri. ꝓbatur ꝙ sinistri: qꝛ uirtꝰ i eo é debi
lior. ꝯña tꝫ: qꝛ curás ꝑ̇ncipłr é uirtus. Scḋo tre
mor lateris sinistri é difficilioris cure. g̊ ⁊c. añs
pꝫ per Auic. secunda tertii. ca. ȝ tremore. ⁊ ꝯña
tꝫ a sili. In oppositu ẽ arguitur. paralisꝭ dex
tri lateris fit a fortóri cá: g̊ ⁊c. ꝯña tꝫ per affori
smuꝫ secunde particule. In morb. minꝰ ꝑiclitan
tur egrotátes. añs pꝫ: qꝛ latꝰ dextruꝫ é calidiꝰ si
nistro sed paralisꝭ fit a frã materia. Dicéduꝫ
ꝙ palisis totiꝰ lateris dextri cuius principiuꝫ in
cipit a cerebro ⁊ nuca é difficilioris cure. Pria
ró quia fit cum discóuenientia ꝑticulariuꝫ. Se
cunda ró qꝛ per illá debilitatur fons caloris et
nutrimenti. s. epar qȝ situatur in latere dextro.
Tertia ró qꝛ paralisꝭ dextri lateris colligit maio
ré parté materie qꝛ dextra pars é rarior ⁊ ma
gis suscipiés materiá. Secundo dicéduꝫ ꝙ
palisis particularis uniꝰ mébri tátuꝫ ut manus
uel pedis dextri lateris in q̃ seruátur illesa epar
cor cerebruꝫ ⁊ nucha pót eé facilioris cure.
Ad rónes. Ad primá dicédum ꝙ aliis paribus
palisis dextri lateris é difficilioris cure. Ad
secundá ⁊ tertiá pꝫ solutio ꝑ secunduꝫ dictum.

De stupore ⁊ tremore. Sil.

Otanduꝫ circa rubricá. Prio ꝙ stupor
é diminutio sensus tantuꝫ si defferatur
sensus per unuꝫ mébruꝫ ⁊ motꝰ ꝑ aliuꝫ
sed si ambo per unum neruuꝫ. stupor é diminu
tio sensus ⁊ motus. Secundo notáduꝫ ꝙ stu
por é duplex. quidá é stupor métis ⁊ sic é actio
diminuta ṽtutis imaginatiue: quia iperfcé ima
ginatur nó auté loquitur ⁊ uidetur ꝙ imagine
tur: ⁊ talis ut plurimuꝫ fit a frigiditate. Et qui
dá é stupor corporis uel mébri: ⁊ talis é actó di
uina sensus tactus ad qué ut plurimú seq̄tur di
minutio motꝰ. Ad ꝓpositú de secundo é ſmo.

Tertio notādū ꝙ stupor differt a somno inaturali dolore ⁊ paralisi. Differt primo a somno inaturali: q꞉ stupor fit in uigilia. sed somnꝰ innaturalis nō. Dicendū etiā ꝙ differt stupor a dolore: quia stupor est actio lesa diminuta sensus tactus: ⁊ dolor nō. itē stupor ē nocumentū in tactu. somnus aūt inaturalis nō. ⁊ in stupore nō ē dolor: sed differt stupor a paralisi q꞉ in paralisi ē ablatio sensus ⁊ motus. in stupore uero est diminutio sensus ⁊ motus. Quarto notanduꝫ ꝙ causa stuporis ē triplex. s. ꝑmitiua añs ⁊ coniūcta. vel aliter causa in gñali est oē illud quod impedit transitū spūs ad neruos. Sed in spāli est duplex causa. vna paucitas sanguis ⁊ spūs: ut in senibus. Alia pōt eē superflua frigiditas exterior seu interior condensans spūs ⁊ opilās neruos. Alia cā pōt eē pūctura alicuiꝰ aialis uenenosi. uel tactus cuiusdam piscis qui uocatur narchon. Alia causa pōt eē superflua caliditas resoluens spūs: sicut ē febris ardēs: aut mora superflua in sole aut in balneo aut superflua siccitas corrugans neruos. Pōt silr eē strictura ligatura uel cōpressio sicut accidit qñ vnū mēbꝝ stat supra aliud. Alia causa pōt eē oppilatio facta in neruo a quolibet hūore siue sit sanguis oppilans suā multitudinē siue fl'a rōne uiscositatis. uel ml'ia ratione grossitiei seu colera admixtōe alioꝝ: ut plurimū tñ ē fl'a. ⁊ de hoc ꝓsequitur ras. Circa tremorē notandū ꝙ trēor est duplex. quidā tremor ē passio neruoꝝ ⁊ ē pticularis. s. factus in manu tm̄ uel in pede uel in capite. Alius ē qui nō ē passio neruoꝝ ⁊ iste qñqꝫ accidit in febribꝰ ex materia mala sparsa sup musculos: ⁊ tunc uirtus expulsiua uult expellere ⁊ fit tremor ⁊ sic ē operatio uirtutis expulsiue. qñqꝫ accidit ille a causa extriseca ut ab aqua frigida sparsa super mēbro subito ⁊ dicitur ul'is tremor ⁊ de isto utroqꝫ nō loquitur ras h: sꝫ in x. almansoris ubi tractat de febribꝰ. Sed trēor qui ē passio neruorū de quo loquitur ras h: diffinitur sic. Tremor ē motus ṗter naturā ꝯpositꝰ ex motu uirtutis ⁊ motu morbi. vnde quātū uirtus eleuat tm̄ morbꝰ deprimit. Aliter diffinitur sic. Tremor ē dispositio in qua ē bellū contētiue uirtutis uolūtarie ad superiora mouētis ⁊ morbi iuolūtarie ad inferiora deprimentis. Alter tremor ē diminutō motus sicut stupor ē diminutio sensus. Secundo notandū ꝙ causa trēoris ē oē illud qd debilitat uirtutē aut instrumētū aut utrūqꝫ. Sed in speciali una cā ē debilitas sanguinis ⁊ spūs: sicut accidit in cōualescētibꝰ ⁊ in parentibꝰ ethicā. vnde uirtus nō pōt regere mēbrū. Alia causa ē accidentia aie: sicut cū aliquis est in alto ⁊ perspicit i fundū. ⁊ cū aliquis est coram principe terribili sicut fuit nero. ul' cū est in aspectu leonis uel ira ul' gaudiū superfluum. Aliter causa ē triplex: ꝑmitiua: añs ⁊ cōiūcta. Primitiua sicut ligatura frigiditas extriseca: accidentia aie: ira: gaudiū superfluum. ul' cum quis est in pñtia dñi terribilis uel fere uel aspectus ad locū profundū: potus uini ul' aque frigide: paucitas spūs uel sanguis. Alie cāe patent. Causa añs ē hūor flegmaticus paratꝰ inbibi in porositatibus mēbroꝝ. Alia cā. s. cōiuncta pōt eē materia fl'atica ibibita i porositatibꝰ mēbri: ⁊ de tali loquitur ras. Et q꞉ stupor habꝫ eandē cāꝫ quā hꝫ tr̄mor. Jō sil' determiat d̄ cura stuporis ⁊ trēoris. Alia cā pōt eē oppilatio i mēbro sine uicio hūorū. ut ex frigiditate ꝯdēsate ul' forti ligatura. Dubitatur quare tremor magis accidat capiti q̄ꝫ aliis mēbris: ⁊ pꝰ caput māibus ut patet ad experientiā. Dicendum ꝙ causa ē: q꞉ cerebꝝ ē mēbꝝ fl'aticū i quo abūdat multū fl'a: ⁊ q꞉ multe superfluitates cōicantur capiti ab aliis mēbris. Ad secūdā dicendū ꝙ manꝰ sunt ꝓpinque capiti ⁊ sunt mēbra rara satis apta ut ibibatur in eis materia. alia cā quia sunt mēbra multū distantia a fonte caloris Jtē q꞉ sunt plus occurrētia extrisecis alterantibus quia sunt discooperta. Almansor.

Um aliqs sentit ali qd suoꝝ mēbroꝝ: sicut ē dispō pedis cuꝫ fit stupidꝰ: dicemꝰ i illo mēbro stuporē eē. q̄propter eiꝰ cura nō est differēda. qñ eni ꝓlōgat tēpꝰ huius egritudinis ꝓducit ad palisim. Silla.

Hic determiat de stupore ⁊ tremore ⁊ diditur in duas. Prio determiat de stupore. scd̄o de tremore. secūda ibi. Tremor aūt. Pria in duas. prio facit h. Secūdo ifert ꝙ cura nō est differenda assignādo cām. scd̄a ibi. Quapropter. De pria dicit ꝙ cū in aliquo mēbrorū ē diminutio sensus sicut suplet: cū pes ē stupidus signū ē ꝙ illic ē stupor. Notanduꝫ ꝙ cum in mēbro aliquis sentit sicut pūcturaꝫ acus ul' formicarū ul' ꝙ mēbꝝ sit obdormitatū tūc ē signū stuporis. Rō pꝫ ex dictis. Notandū ꝙ ras. nō ponit signa tremoris quia patent ad uisum. Dubitatur quare in pedibus sit maior stupor q̄ꝫ in aliis mēbris. Dicēdū ꝙ cā ē quia sunt magis remoti a fonte caloris ⁊ a mēbro a quo ꝓueniunt nerui sensitiui: iō minus habere debent sensationē. Et hec ē causa quare leprosi reperiūtur magis inflati in pedibus ⁊c. Secūda cā

est: quia pedes magis sunt ordinati ad motuꝫ
q̃ʒ ad sensum. Quapropter. Hic īfert ꝙ cu
ra stuporis non est differẽda. Et dicit ꝙ causa
est: q᷑ cũ prolongatur stupor ad paralisim tran
sit q᷑ paralisis fit ex eadẽ materia cũ stupore: sʒ
ẽ maioris quãtitatis: ex hoc patet ratio. No
tandũ ꝙ stupor proueniens a cerebro si cõtinu
auerit pronosticatur apploplexiam uel epilepsi
am. Si stupor in nucha ꝓnosticatur paralisim
uel spasmũ: ⁊ ita in aliis mẽbris. ⁊ aliquãdo tre
mor in aliis mẽbris. sed stupor ī facie pronosti
catur torturã in facie. Almansor.

**Curatur aũt hec passio ex aliqua parte me
dicinarũ palisis et cum dieta: ⁊ unctione
ex oleo costino. ꝙ si inueterauerit passio:
eger ex pillulis fetidis purgandus est. ⁊ cõ
plexio equanda ex nacardio ⁊ dieta. Sil.**

Hic ponit curam stuporis ⁊ diuiditur ī duas
Primo ponit curã in generali remittendo nos
ad curam paralisis. Secũdo in speciali. secũda
ibi. Quod si īueterauerit. De prima di
cit ꝙ curatur stupor: sicut ⁊ paralisis ex aliqua
parte medicinarũ ⁊ cum dieta ⁊ cũ inunctione
ex oleo de costo. Notãdũ ꝙ stupor curatur
ex aliqua parte medicinarũ sicut paralisis. rõ
quia fiunt ex simili materia. iõ ⁊c̃. Sed non cu
ratur ex toto cum eidem quia fortiores medici
ne requirũtur in paralisi q̃ʒ in stupore. nam for
ti egritudini fortis debetur medicina ſm gal᷑. ī
cõmento illius afforismi. Ellebor⁹ periculosus
ẽ carnes sanas hñtibus. Similiter in stupore cõ
uenit fortis dieta sicut in paralisi. s. declinãs ad
calidum ⁊ siccũ. rõ quia talis dieta cõtrariatur
materie stuporis que ẽ frigida ⁊ hũida. Simlr
cõpetit inunctio ex oleo costino quia calefacit ⁊
consumit materiã stuporis. Q̄ð si īueteruẽit.
Hic ponit curam stuporis in speciali. Et di
cit primo ꝙ si passio inueterauerit cũ pill᷑is feti
dis eger ẽ curandus. rõ quia ex his euacuatur
materia fl᷑atica a corpore que facit stuporẽ. Se
cundo dicit ꝙ cõplexio ẽ rectificanda cum ana
cardina confectione. Al.

**Tremor aũt ex eisdẽ curatur ex quibus
sanatur stupor. Sillanus.**

Hic ponit curã tremoris ⁊ diuiditur in duas
Prĩo ponit curam in generali: remittẽdo nos
ad curam stuporis. Secũdo ponit curam ī spe
ciali. secunda ibi. Sed si ex. Aliter põt diui
di in tres. Prĩo ponit curã tremoris facti a ma
teria frigida ⁊ remittit nos ad curam stuporis.
Secundo ponit curã qñ fit ex potu aque frigi
de ⁊c. partes patebunt. De prĩa dicit ꝙ trẽor
curatur ex eisdem ex quibus curatur stupor. rõ
quia habent similes causas: lʒ fortiores sint in
stupore. Notandũ ꝙ licet ex eisdeʒ medicis
possunt curari tremor ⁊ stupor. tñ aliqua sũt ap
propriata in stupore: ⁊ similiter in tremore ⁊ pa
ralisi. de numero quorũ alique sunt herbe: aliq̃
sunt olea: aliqua sunt cibaria: aliqua sunt gume
Herbe appropriate sunt: sicut trifoliũ eupatori
um ⁊ sticados arabicũ: ⁊ ideo de istis debet fie
ri bas᷑ in oĩbus receptis clisteriorũ ⁊ aliorum.
Olea sunt sicut oleũ cucumeris asinini: oleum
de aneto: oleũ de ãdacocha alio noĩe de sulphu
re herba mirabilem habens ꝓprietatẽ in trẽo
re. Cibaria sunt cerebrũ leporis assatũ inter
oĩa. secunda tertii c. de tremore. Gume sunt ca
storeũ: lʒ ualeat cũ hoc in omnibus passiõib⁹
neruorũ. Secũdo notandũ ꝙ in tremore cli
stere cõpetens ẽ tale. ℞. centauree minoris utri
usqʒ saluie rute primule ueris: ipiconis: mercu
rialis añ. M. i. cartami mũdati. ʒ. i. seis rute se
minis xileos seminis basilici añ. ℥. ſ. agarici ele
cti. ʒ. v. utriusqʒ sticodos añ. ℥. ſ. furfuris pugil
lum unũ mell᷑ electi olei de lilio añ. quantũ suf
ficit salis geme pill᷑arũ cochiarũ añ. ʒ. ſ. fiat cli
stere vsqʒ ad quart᷑. v. ⁊ similiter ualet in parali
si ⁊ stupore. Notandũ tertio ꝙ signa tremo
ris facti a casu uirtutis sunt: quia patiẽs deficit
in quocunqʒ labore ⁊ motu ⁊ releuatur ex omni
re nutribili: ⁊ ꝙ nullo mõ fame pati põt qñ sin
copizat ⁊ tunc tremor augetur. Signa trẽo
ris ꝓpter usum uini sunt: quia potus aq̃ cõfert
⁊ abstinere a uino ⁊ potus uini de granatis uel
de agresta multũ cõfert. Signa tremoris fa
cti ꝓpter dominiũ hũorũ frigidi super mẽbrũ
sparsi sunt albedo ⁊ mollities corporis: pigriti
es ⁊ ebetudo sensuũ. rõ patet. Signa tremo
ris facti ab aliis causis ut ex frigiditate extrinse
ca ⁊c. habentur ex relatu infirmi. Alman.

**Sed si ex superflui uini potu euenerit
eger ab ipso erit abstinendus. Similiter si
aquã que ex niue dissoluitur bibendo hãc
incurrerit passionẽ ab ipsa abstīeat. ⁊ bal
neũ calidissimũ īgrediatur in qua taʒ diu
morã faciat donec sudʒ. a quo cũ egressus
fuerit in sole assidue moretur. Silla.**

Hic ponit curam tremoris in speciali. ⁊ di
uiditur in duas. Primo ponit curam qñ fit ex
superfluo potu uini. secũdo qñ ex potu aque. se
cunda ibi. Similiter si. De prima dicit ꝙ si
tremor cõtingat ex superfluo uino sumpto eger
debet se abstinere ab illo. rõ quia remota cã:
remouetur ⁊ effectus. Notãdũ ꝙ uinũ facit

tremorem: quia est maxīe penetratōis: ⁊ ꝑcutit
neruos ⁊ cōuertitur in acetū in eis. Silr̄ si ⁊c̄.
Hic ponit curā tremoris facti ex potu aque: ⁊
diuiditur in duas. Prio ponit curā per abstinē
tiam aque. Secūdo per balneū. secūda ibi. Et
balneū. De prima dicit ꝙ si quis incurrerꝫ
tremorē ex potu aque ꝓ cura debet abstinerē ab
ipsa. rō quia remota causa remouetur effectus
Et balneū. Hic ponit curam per balneum
⁊ dicit prio ꝙ patiens tremorē debet igredi bal
neū calidissimū: ⁊ debet in eo tantū contrahere
morā ꝙ sudet. rō quia tunc aquositas ꝑ porosi
tates neruoꝝ expellitur per sudorē. Secūdo di
cit ꝙ talis debet assidue morari in sole. rō quia
cōsumitur ⁊ exiccatur hūiditas mēbrorū q̄ erat
cā tremoris. Notandū ꝙ trocisci ð sticados
ualent ꝯtra oēm tremorem a ꝓprietate ⁊ cōtra
paralisim ⁊ torturam. ℞. sticados. ℥. i. isopi. ʒ.
ii. peonie. ʒ. iii. fiant trocisci cū mucillagine dra
gaganti ⁊ melle roſ. ⁊ sit unusquisqꝫ aurei uniꝰ
⁊ detur in aurora cū aqua decoctōnis sticados
⁊ mellis. Notandū ꝙ rasis nō ponit curam
si tremor fiat a debilitate a uirtutis regētis mē
bra. Pro cura nutriatur carnibus assatis nutri
bilibus ⁊ aliqñ elixatis ut carnibus pullorum
hedi arietis ānualis caponū ꝑdicū fasianorum
oium auiū uiuentium in arboribus ⁊ pratis ⁊ ñ
in aquis ⁊ uitellis ouorū. de herbis posset cōe
dere feniculū boraginē ⁊c̄. Confortetur cere
brū ⁊ cor cum electuariis dictis in. c. de ml̄ia.
De potibus potetur ex aqua mellis ⁊ aliqñ po
test bibere uinū optimū oderiferū in quo sit tā
tum de aqua quantū de uino uel plus de aqua.
Tertio notādū ꝙ cura tremoris facti a letar
gia fit letargiam remouēdo sed facti a frigidita
te sine materia fit per calefaciētia: sed facti ab
accidentibus aīe fit remouendo illa accidētia.

De tortura oris. Silla.

Otandū circa rubricā ꝙ tortura oris
est morbus officialis figurā ⁊ formaꝫ
naturalē faciei corrūpens. Aliter tortura oris ē
inclinatio oris ⁊ labioꝝ ad partē dextram uel si
nistrā cū īpotentia claudendi alteꝝ oculorūꝫ: ⁊
cum exufflatione ex latere uno cum percipitur
ut exufflet aerem uehementer. Secūdo notā
dum ꝙ causa torture oris ē duplex. una ē parali
sis partis faciei. alia ē spasmus ex repletione uł
īanitōe. ut pl̄imū tñ est spasmus ð r̄pletōe. Al.

**Um hominis os contorq̄t ⁊ unū
de oculis suis claudere non ualet
⁊ si precipitur ei ut sufflet flatꝰ ab
una tñ parte exire uidetur: ipm tunc ꝯtor
sionē pati dicimus. Silla.**

Hic determinat de tortura oris ⁊ faciei: ⁊ di
uiditur in duas. prio ponit signa. secundo pōit
curam. secūda ibi. Cuius curam. De pria
dicit ꝙ cū in aliquo apparēt ista signa. Primū
ꝙ os hois contorquetur. Secūdū ꝙ nō potest
claudere unum oculum. Tertiuꝫ si ꝑcipiatur ut
sufflet flatus uidetur exire ex una parte: tūc di
cimus ꝙ talis patitur torturā oris. Notādū
de ratione signoꝝ: uerificatur primum ꝙ ibi est
paralisis unius partis faciei uel spasmus. Sed
in paralisi ps infirma cadit supra sanam. i spas
mo uero pars infirma trahit ad se sanam. ueri
ficatur secundū: quia ī altera parte faciei ē spas
mus uel paralisis in quibus ē ablatio sensus ⁊
motus: iō non pōt claudere oculum illius ptis.
uerificatur tertiū quia pars īfirma ē debilis. iō
non pōt claudere bene labia. Secūdo notā
dum ꝙ signū torture ꝓpter paralisim ꝓuenien
tis sunt debilis motus ꝓpter materiam fluidā
relaxantē turbatio sensus ꝓpter materia aquo
sam fluētem ad uiscera sensuū. multiplicatio sali
ue ⁊ sputi ꝓpter multitudinē materie aquose. i
paralisi sentitur in cute ex utraqꝫ parte leuitas.
ratio ꝓpter materiam aquosaꝫ que causat mol
liciem. nō sentitur extensio. pꝫ per idē. palpebra
inferior oculi que ē in parte gibbosa ē diuersa.
rō quia ꝓpter relaxatōnē cadit inferius pellis
frontis ex parte gibbosa. s. per quaꝫ spuit ⁊ suf
flat: ⁊ extensa absqꝫ rugis: quia ibi ē relaxatio
que remouet rugas. Caret motu usuali: quia ī
paralisi aufertur motus. apparet ꝙ meditetur
hō ⁊ aspiciat ad inferiora. causa quia per sil̄ia
relaxatur ad inferiora. Sed signa torture ꝑꝑ
spasmū sunt sensus turbati quodāmodo: qr ī ce
rebro est materia flegmatica grossa que lꝫ per
turbet non tñ sicut fluida. Extensio cutis qr de
struūtur ruge. Sed ꝯtra qr in spasmo fit cor
rugatio. Dicitur ꝙ destruūtur merito numeri
qr alias fuerunt plures. uel destruūtur qr eaꝝ
fundamentū nō apparet sed latet occultū sb cri
spatura lacerti faciei duri. rō ꝓpter spasmū q ē
causa cōtractōis. Minoratur saliua. rō qr in
spasmo facto a materia ē maxilla igrossata. sed
in spasmo facto ex inanitōe patet declinatō cutꝭ
ad partem colli. rō quia ibi sunt principia ml̄to
rum neruorum faciei: si in spasmo mouētur ner
ui ⁊ contrahuntur uersus principia. Alman.

**Cuius curam incipiemus cū solutiōe
uentris ex pillis fetidis. Nutrimentū uero
eius atqꝫ ipsiꝰ potū ordinabimus ut in. c.
de paralisi diximus. Sil.**

19

Hic ponit curã: ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curam torture ꝓueniẽtis ex repletione. secundo ponit curam ꝓuenientis ex inanitõe ⁊ excusat se. secunda ibi. **De tortura uero.** Prima in duas. Primo ponit curã per euacuatõz ⁊ remedia per localia. Secundo oñdit qd faciẽduz qñ predicta facta non cõferunt. secũda ibi. **Qđ si passio.** Pria in tres. Prio ponit curã per euacuationẽ. Secundo per dietam. Tertio p localia. secunda ibi. **Nutrimentũ uero.** Tertia ibi. **Egritudini pterea.** De pria dicit ꝙ in cura torture debem⁹ incipere faciẽdo euacuationẽ cũ pillulis fetidis. Notandũ ꝙ pri⁹ incipiendũ ẽ ab euacuatõe: quia raro medicamina localia debent approximari: nisi premissa euacuatõe ut dictũ fuit supra. sed ratio dicti est quia predicte pill'e euacuãt materiã fl'aticã facientem spasmũ uel paralisim que sunt cause torture iõ ⁊c. Secundo notandũ ꝙ ãteqz detur medicina laxatiua uel euacuatiua debet pceder sirupus digestiuus appropriatus in tortura ⁊ ẽ ℞. radicũ accori. lb. ß. zizib. al. nu. mus. añ. ℥. i. mell' elci q̃rt. iii. fiat sirupus clarificatus usqz ad. lb. i. ⁊ detur cũ aqua decoctõis saluie. Ad idẽ ualet sirupus cõpetens in paralisi ⁊ in spasmo. Tertio notandũ ꝙ medicina laxatia dz eẽ talis. ℞. pill'arũ cochiaꝝ. ʒ. ii. pulpe. colognt ide bdelii puluerizati añ. ʒ. i. si patiens ẽ fortis misce malaxando cũ idromelle facto cuz aq̃ accori: fiant pill'e ad quantitatẽ cicerũ. Ad idez ualent medicine solutiue i cura palisis ⁊ spasmi **Nutrimentũ uero.** Hic ponit curã per dietam dicens ꝙ nutrimentũ. i. cibus ⁊ potus debent eẽ sicut dictum ẽ in cura paralisis: ubi gr̃a comedat carnes oium bonarũ auium degẽtiũ in arboribus ⁊ pratis ⁊ nõ in aquis gallinas gallos: annuales: pullos gallinaꝝ assatos carnes hedoꝝ ⁊ castratoꝝ assatas: cõmedat cibaria ordei auene spelte ⁊ farris ⁊ cõdiãtur cũ puluere qui sic fit. ℞. nucis musca. ℥. i. piperis lõgi castorei galange añ. ℈. i. zedoarie. ℈. i. ß. terẽtur ⁊ cribellẽtur. de potibus sumat aquã mell'. rõ patet. **Almansor.**

Egro preterea quotidie in mane añq̃z comedat sinapi cũ sirupo aquoso gargarizare faciem⁹ ⁊ mittemus euz in domũ obscurã ⁊ pcipiem⁹ ut unã nucẽ muscãtã in parte oris que torta ẽ teneat. narib⁹ quoqz tũc isufflabimus cõdisi ut sternutatio prouocet. Spondiles quoqz colli eius ⁊ faciẽ eius ⁊ frontẽ ex oleo costino iungere cõuenit ⁊ ẽ quotidie de anacardino uni⁹ aurei põdus sumendũ. et si passio hoc nõ soluta non fuerit ad uẽtris solutionẽ ⁊ egri pseruatione redeundũ ẽ. De tortura uo que nõ repente: sed paulatĩ accidit nõ loqmur: ipsa nãqz nõ cõtingit nisi i frenesi pnitõsa mõte iã iminẽte ⁊ ẽ ex siccitate. Sil.

Hic ponit curam per localia: ⁊ diuiditur i sex. Primo ponit curã per gargarisma. Secũdo per mansiones ostẽdendo in qua domo dz stare. Tertio per unuz quod dz tinere in ore. Quarto per sternutoriũ. Quinto per inunctõnem. Sexto p ꝯfectionẽ. partes patebunt.

De prima dicit ꝙ debemus facere gargarizare egrũ ante comestionẽ cum sinapi ⁊ sirupo acetoso. Notandũ ꝙ anteq̃z competat istud gargarisma due cõditõnes requirũtur. Pria ꝙ corp⁹ sit euacuatũ euacuatõe vl'i q: corpe existente pleno fieret attractio maior materie peccantis ad faciẽ. Secũda cõditio ẽ ꝙ materia sit fluxa ⁊ hoc post tres uel quattuor dies: q: anteq̃z materia esset fluxa fieret maior attractio materie ⁊ flux⁹ materie maior. ⁊ rõ quare ualz tũc est. q: tale gargarisma subtiliat materiã tortur cũ hoc eam euacuat. Secũdo notandum ꝙ gargarisma rañ põt sic formari. ℞. seis sinapis q̃rt. i. ß. aceti al. q̃rt. ß. mell' elci q̃rt. i. fiat decoctio clarificata usqz ad. lb. i. Ad idẽ vz ß. ℞. radicũ accori q̃rt. i. aceti. ß. i. fiat decoctio parũ clarificata usqz ad. lb. i. Ad idẽ ualet gargarisma factũ ex oximelle sqllitico ⁊ aq̃ decoctõis nucis musca. sticados ⁊ piretri. **Et mittemus eũ.** Hic ponit curã per mansionẽ ostẽdẽdo in qua domo dz stare. ⁊ dicit ꝙ debet eẽ dom⁹ obscura: q: uirtus uisiua ẽ debilitata: q: nõ hz nisi unũ oculũ: sed per domũ luminosaz ampli⁹ debilitaretur ⁊ per obscurã iuuaretur q: aggregãtur spũs. rõ q: in domo lumiosa aspicit ad diuersas partes: ⁊ in obscuro nõ: iõ ⁊c. Notandũ ꝙ pro cura torture dz iuberi ut patiẽs aspiciat in speculo de calibe ut per aspectũ ad ptez ꝯtrariã rectificetur eius facies ⁊ non solũ ualet speculũ de calibe: ueꝝ etiã quodlibet aliud. **Et pcipimus.** Hic ponit curã per unũ ꝙ dz tenere in ore ⁊ dicit ꝙ multũ ualet tenere in parte oris que ẽ torta unã nucẽ mus. Notandũ ꝙ ratio dicti ẽ quia subtiliat sua caliditate materiam ⁊ quia confortat neruos ⁊ rõne stipticitatis confortat membrũ. Notandũ ꝙ ad idẽ ualẽt tales trocisci. ℞. radicũ accori q̃rt. i. ß. zizibe. al. ℥. i. nucis mus. ʒ. v. puluerizanda pulnerizentur ⁊ quassanda conquassentur ⁊ infundantur in aqua saluie per duos dies ⁊ condiantur cuz

melle eleō qđ sufficit ꝑ formatione trocisci pon
deris.ȝ.i.ſ.⁊ teneatur in ore.⁊ si unus eoꝝ trāſ
glutiatur non est uis:immo ē melius. Narib⁹
quoqȝ. Hic ponit curam per sternutatōȝ
dicens ꝙ conueniens ē ut narib⁹ insuffletur cō
disi ut ꝓuocetur sternutatio. Condisi ē herba
filiis spatule fetide. Notandū pͥo ꝙ rō ptis
est q᷑ per sternutatōȝ expellitur materia ꝯiūcta
tortuꝛ iō ⁊c̃. Secūdo nota ꝙ loco huius ua
lent sternutatoria dicta.ſ.elleborus albuſ pire
trū euforbiū castoreū ⁊ silia. Ad idē.℞.ſuc
ci auricule muriſ facta residētia.ℨ.i.oppopona
ciſ castorei puluerizati aā.ℨ.ſ.misce ⁊ admistre
tur cū rascali.Spondiles. Hic ponit curaȝ
per inunctionē dicenſ ꝙ ē cōueniens ungeꝛ spō
diles faciē ⁊ collū cū oleo costino. Notandū
ꝙ debemus ungere spōdiles colli:q᷑ origo ner
uoꝝ ad faciē uenientium ē in parte superiori nu
che in qua ē nocumentū ꝑ̇ncipaliter in tortura.
sed ualet hec unctio q᷑ ꝯfortat neruos ⁊ ꝯsumit
materiā. Secūdo notandū ꝙ loco huius vȝ
tale ungentū.℞.radicis accori q̈rt̃.i.ſ.zizib.
al.nucis muſ.aā.ȝ.iii.olei costini.ℨ.iiii.uini al.
ȝ.ii.ſ.puluerizanda puluerizētur ⁊ cōquassāda
ꝯquassentur ⁊ buliāt sup cineres calidos usqȝ
ad cōsūptionē uini coletur ⁊ colature addatur
cere quantū sufficit ⁊ fiat unguentū ⁊ ē spāle in
tortura. Ad idē ualet hoc.℞.oppoponacis
quart̃.i.radicū accori.ȝ.iii.zizi.al.nucis muſ.
aā.ȝ.i.terbentie.ȝ.ii. puluerizētur puluerizan
da liq̄fiant liq̄fienda misce oīa sil̾ fiat massa po
stea extendatur supra alucā ul̾ supra pannuȝ đ
būbace ⁊ applicetur ꝑtib⁹ suꝑorib⁹ colli.ſ.spō
dilibus. Notandū tertio ꝙ in tortura causa
ta a paralisi pn̄t applicari olea resolutiua dicta
unguenta resolutiua ablutiones resolutiue ⁊ si
milia:dato ꝙ nō precedant mollificatiua.ratio
quia materia ē satis fluida sb̄tilis ⁊ nō timetur
ꝙ resoluatur sb̄tile ⁊ remoueat grossum. Sȝ ī
tortura facta a spasmo de repletōe anteq̄ȝ appli
centur resolutiua dicta mollificatiua cōueniūt:
rō quia materia in spasmo ē grossa iō ⁊c̃. Et in
hoc cōiter est magnus error medicoꝝ. Quar
to notandū ꝙ unguentū mollificatiuū ꝯpetens
ī tortura causata a spasmo ē.℞.mucilagis seis
lini fenugreci aā.ȝ.ii.butiri sine sale.ℨ.ſ.pigue
dis anatis.ℨ.i.olei amigdolaꝝ dulciū.ℨ.ii. olī
đ lilio.q̈rt̃.ſ.cere modicū liq̄fiant liquefiēda:
misce oīa ⁊ fiat unguentū ⁊ ē ualde bonū. Et ē
quotidie. Hic ponit curā per cōfectōneȝ di
cens ꝙ eadē die ē sumendū pōdus aurei uni⁹ đ
ꝯfectōne anacardina.⁊ debet dari cū decoctōe
accori.ratio remedii est q᷑ tale electuariuȝ ꝓuo
cat sudorē ⁊ febrē.⁊ iō consumit materiam tor
ture ⁊ ē ultime uirtutis ⁊ nō cōpetit nisi qn̄ non
ualent remedia alia. Notandū ꝙ ad idē ualȝ
hoc.℞.nucis muſ.zinzi.al.aā.ȝ.iii. conserne
accori q̈rt̃.i.zuccari al.q̄ȝtū sufficit ⁊ fiat elcūa
rium facta prius uniuersali euacuatōe detur.ȝ.
i.quolibet mane. Ad idem ualet iera herme
tis.Et si passio. Hic oñdit quid sit faciēduȝ
qn̄ predicta remedia non conferūt q᷑ non remo
uent torturā:dicens ꝙ redeundū ē ad euacuati
onē ⁊ preseruationē egri.Ratio q᷑ signū ē ꝙ re
mansit de materia antecedente:ideo preseruan
dus ē ne cadat in peius. Ultimo notandū ꝙ
ultimū remediū ē cauteriū unū in occipitio.ali
ud in uenis post aures uel in radice mādibule ī
parte torta.De tortura v̇o. Hic ponit curaȝ
torture facte a spasmo đ inanitōne excusans se
⁊ dicit ꝙ non uult dicere ħ de tortura q̄ aduēit
paulatiue ⁊ non subito ⁊ cām adiungit q᷑ talis
non fit nisi in frenesi mortali.rō quia mors iam
ē proxima cū talis tortura fiat a siccitate hūidi
radicalis ⁊ resolutione caloris natural̾ ⁊ spiri
tuū:sed morituri solis signis pronosticis sūt di
mittendi. Notandū ꝙ signū distictiuū quā
do tortura fit a spasmo de repletione uel de iani
tōe ē.quia a spasmo de repletōe fit subito: ⁊ a
spasmo de inanitōe fit paulatiue:⁊ ꝑ̇cesserūt si
gna aliq̄ ut febres uigilie inanitō ⁊ cū hoc faci
es ē corrugata. Dubitatur q̄ pars faciei ī tor
tura sit permutata a figura:an pars egra q̄ hȝ
spasmū uel paralisim an pars sana ⁊ per ꝯn̄s
cui parti debēt approximari remedia:an parti
que apparet male figurata an parti q̄ nō appa
ret male figurata. Dicendū pͥo ꝙ si tortura
fiat a paralisi pars sana apparet male figurata
rō q᷑ pars egra paralitica cadit supra partē sa
nam:iō facit in parte sana malā figurā ⁊ in tali
remedia debēt approxiari super parte q̄ appa
ret bn̄ figurata.Secūdo dicendū ꝙ si tortura
fiat a spasmo pars egra apparet male figurata
Ratio q᷑ illa ꝯtrahitur ⁊ ꝯtrahit ad se partem
sanā iō facit in ꝑte egra malā figurā:⁊ in tali re
media debent approxiari super partē que ē ma
le figurata ⁊c̃. De spasmo.Silla.

Otandū primo circa rubricam qđ sit
spasmus ꝺm auic.secūda tertii.c. pro
prio.spasmus est egritudo neruosa q̄
mouentur lacerti ad sua principia:⁊ inobedien
tes sunt in dilatatione. Secūdo notandū ꝙ
spasmus est duplex.Quidam ꝓportionat⁹ ad
materiā:⁊ taliſ ē duplex.ſ.đ repletōe ⁊ inanitōe

20

⁊ quidam ē non ꝓportionatus ad materiam.
Appellatur enim spasmus ꝓportionatus ad
materiā qn̄ fit ꝓpter presentiā materie: uel pro
pter absentiā materie naturalis. s. hūidi radica
lis. Sed appellatur spasmus nō ꝓportōna
tus ad materiā qn̄ fit ꝓpter spēm nocumenti ce
rebro cōicatam: unde fit ꝯtractio dato ꝙ nō sit
ꝓpter neruoꝝ repletionē uel eoꝝ inanitōnem.
Notandū tertio ꝙ causa spasmi de repletio
ne ē triplex. s. primitiua ans̄ ⁊ cōiūcta. Primiti
ua sunt res non naturales cōicantes uel multi
plicantes hūiditatem in cerebro hūano. s. fl'a
uel ml'iam uel sanguinē lꝫ ut plurimū fl'a. ut ci
bi fl'atici potus superfluꝰ crapl'a somnꝰ supfluꝰ
quies: ⁊ sic de aliis rebus nō naturalibꝰ. Coad
iuuantes sunt cōpl'o frigida etas ⁊ regio frigi
da. Antecedens ē hūor ibibitus in neruis āte
qꝫ faciat ꝯtractionē ⁊ ut pl'imū est fl'a lꝫ ēt pos
set eē ml'ia uel sanguis uel colera licet raro. Cā
ꝯiuncta sunt illi met hūores ibibiti in porosita
tibus neruoꝝ qui actu faciūt spasmū. Quar
to notandū ꝙ causa spasmi de inanitōe sil'r est
triplex. s. primitiua ans̄ ⁊ ꝯiūcta. Primitia sūt
res non naturales extrinsece inanientes ⁊ ꝯsu
mentes hūiditatem nostri corpis sicut cibi assi
angustia ira ⁊ tristicia. Causa ans̄ ē mala com
plexio sicca ꝯsumens hūiditatē ul' calida ⁊ sicca
ut febres ardētes sicut causon: uel ml'ia ul' com
plexio frigida fundata in neruis. Causa ꝯiūcta
est ipsa mala cōplexio sicca actu inducēs ꝯtrac
tionē in neruis ut patet in corrigia posita iuxta
ignem uel solē. Quinto notandū ꝙ cā spas
mi non ꝓportionati ad materiā ē dolor causa
tus in neruo uel ꝓpter pūcturā cū stilo uel acu
uel sil'ibus. uel ꝓpter pūcturam scorpionis uel
sil'ibus. uel ꝓpter frigiditatē ꝯgelantē neruum
uel lacertū ex quibus contrahitur neruus uer
sus cerebrū. Sexto notandū ꝙ dr̄ia ē inter
spasmū epilepsiam ⁊ singultū paralisim thetha
nū ⁊ cuzez. Et differūt spasmus ⁊ epilepsia: qr
in epilepsia ē contractō oium neruorū i spasmo
uero unius mēbri. ⁊ quia non cōtingit ex nocu
mento cerebri: sed ex nucha ⁊ ꝭm ꝙ fit in alia
⁊ alia parte ita fit ꝯtractio in alio ⁊ alio mēbro
Secūdo differūt qr lꝫ i epilepsia fit ꝯtractō
sicut in spasmo: postea tn̄ fit dilatatio. materia
consūpta: sed in spasmo nō fit dilatatio nisi fiat
euacuatio. Tertio differunt quia epilepsia ē
egritudo peroxismalis: spasmus uero non.
Differunt spasmus ⁊ singultus: qr in singultu
qui ē passio stomachi qꝫuis prius fiat cōtractō
stomachi: post remoueatur per expulsionē ma
terie siue sit fl'a siue uentositas uel uapor eleua
tus ad os stomachi: sed in spasmo non nisi uēi
at ad curam. Secūdo differunt quia singultꝰ
non ē passio neruorū sed lacertorū ipsius stōa
chi. sed spasmus ē passio neruorū. Differūt
spasmus ⁊ paralisiis quia in paralisi ē membri
elongatio in spasmo ꝭm longum abbreuiatio.
ratio quia materia spasmi ē grossa dilatās ner
uos ⁊ per consequens abbreuians ꝭm longuꝫ
sed i paralisi ē materia fluida aquosa subtilis
relaxans. Differunt spasmus ⁊ thethanꝰ qr
thethanus est egritudo officialis prohibēs uir
tutem motiuam a contractione neruoꝝ de quo
rū aptitudine est ut contrahātur propter nocu
mentum in neruis ⁊ lacertis. ⁊ spasmus ē egri
tudo qua mouentur lacerti ad sua principia et
inobedientes sunt in dilatatōne. Secundo
differunt qr thethanus ē proprie quādo lacerti
interiores ⁊ exteriores equaliter tēduntur ⁊ sic
membrum ē tensuꝫ. sed spasmus dicitur fieri qn̄
nerui uel lacerti ꝯtrahūtur solū ad unam ptem
tm̄ ⁊ sic mēbrū stat ꝯtractū. Conueniunt tamen
quia fiunt ex eisdem causis. Differūt spasmꝰ
thethanus ⁊ cuzez fit a uentositate grossa diltā
te neruos ⁊ lacertos: sed thethanus ⁊ spasmus
fiunt a materia hūorali. ⁊ cuzez nō est nisi spas
mus particularis. s. in oculo uel palpebra ⁊ tal'
appellatur grāphus. tn̄ solet cuzez seu alcuzez
sumi prout ē idem quod spasmus vel thethanꝰ
Septio notandū ꝙ in spasmo possumꝰ ꝯside
rare vel motū malum ꝯtractiuū ⁊ sic ē accidens
vel malam figuram que consequitur ex tali mo
tu vl' oppilatōe ⁊ sic ē egritudo. Et iō aliqui au
ctores dicunt ꝙ ē accidens: aliqui ꝙ ē egritudo
non ē cura de hoc. Dubitatur i qua etate ma
gis accidit spasmus. Dicendum primo ꝙ in
puericia. Prima causa ē multitudo hūiditatis
existētis in pueris vnde pōt libere fluer̄ ad ner
uos. Secūda causa ē raritas neruorū ⁊ mol
licies vnde facilius recipiūt materiaꝫ. Tertia
causa est malicia regiminis vnde generatur hu
miditas fl'atica ⁊ ibibitur in neruis. Dubita
tur utrū sicut in spasmo aufertur motus ita au
feratur sensus. Dicendū ꝙ non quia maior
quātitas spirituum requiritur ad sensum qꝫ ad
motum ideo ⁊c̄. Alman.

**Um aliquod membrū alicuius cō
trahitur ⁊ ad suam redit originē
aut plura ex mēbris. sic disponun
tur ipsa spasmata esse ꝓnunciabimꝰ. spas
mꝰ aūt subito aut paulatī iuadit. Sil'a.**

Hic determinat de spasmo ⁊ diuiditur in

tres . Primo ponit signa . Secundo notificat
spés spasmi. Tertio ponit curam. Secunda ibi.
Spasmus aũt. Tertia ibi. **Sed spasmo.**
De prima dicit ꝙ qñ aliquod mébrũ ꝯtrahitur
⁊ redit uersus suũ ꝑncipiũ. s. uersus cerebrum.
uel si plura mébra sic disponãtur dicenduz é ꝙ
fit spasmus. Nontandũ causa quare fit con
tractio in spasmo est ꝓpter materiam grossam
contentá in neruo que dilatat neruũ ⁊ abbreui
at ꝭm longum. Secundo notãdum ꝙ signa
spasmi de repletõe sunt: quia talis aduẽit subi
to ⁊ apparent signa repletõnis . Sꝫ signa spas
mi de inanitõe sunt: quia fit paulatiꝫ ⁊ ex succes
sione egritudinũ euacuantiũ: ⁊ successione eua
cuatõnis facte per medicinã vel per se : ⁊ sic de
aliis causis. Tertõ notandũ ꝙ signorũ spas
mi: q̃dam sunt ꝓnostica ⁊ quedam demõstrati
ua. Pronostica sunt vt tremor ⁊ stupor membri
diminutõ mot⁹ per lõgum tẽpus . Demõstrati
ua sunt vt actualis contractõ neruoꝝ versus su
am originẽ cum ieptitudine dilatatõnis . Que
dam sunt signa salutis vt receptio motus mem
bri ⁊ dilatatio eius. **Spasm⁹ aũt.** Hic ponit
spés spasmi dicens ꝙ spasmus quidã fit subito
q̃dam paulati. Notãdũ ꝙ spasm⁹ diuiditur
dupl'r. Prĩo penes figuram ⁊ sic é triplex. Pri
mus ĩ quo nerui contrahũtur versus partẽ do
mesticam vel ãterioré: ⁊ est qñ nocumentũ est ĩ
partibus anterioribus ⁊ vocatur antistonus.
Secũdus é ĩ quo contrahũtur nerui v̾sus par
tem posteriorem uel siluestrem ⁊ est qñ nucuṁ
est in neruis partis posterioris ⁊ uocatur ꝓsto
nus. Terti⁹ é in quo ꝯtrariantur ex utraqꝫ pte
⁊ tũc mẽbrũ stat erectũ ⁊ é deterior ⁊ difficilio
ris cure ⁊ uocatur thethanus: ⁊ ꝓ tanto aucto
res faciunt capl'a disticta. Secũdo mõ diuidi
tur spasmus ꝭm cãm: ⁊ sic sunt tres spés spasmi
Una é ex repletõe. s. ex hũore ĩbibito ĩ porosita
tibus neruorũ ut pl'imũ fl'atico ⁊ aliqñ est disp
sus ⁊ aliqñ aggregatur in una parte ⁊ fit apa.
Secũda spés é ex inanitõe ⁊ fit ex transumptõe
hũiditatũ substãtialiũ mẽbroꝝ paulati. Tertia
spés é a rebus inducẽtibus nocumentũ ĩ mem
bris subito ⁊ dicitur nõ ꝓportionatus ad mate
riã ⁊ tunc in generali sunt q̃ttuor . Prima é for
tis frigiditas introducta in neruis ⁊ reducitur
ad spasmũ de inanitõe. Rõ quia illa frigiditas
condensat hũiditatẽ neruorũ ⁊ sic eam minora
tur. similiter etiã in illa ꝯdensatõe aliquid ꝺ hũi
ditate exprimitur ⁊ fluit ad extra ⁊ sic miorat̃ur.
Aliqui tñ reducũt ad spasmũ de repletõe. Se
cunda cã illius spasmi sunt uermes mordican
tes os stomachi inducendo nocumentuꝫ unde
uirtus sentiens contrahitur ⁊ ille reducitur ad
spasmũ de inanitione quia ratione contractõis
aliquid effluit. Tertia causa est morsus animal'
uenenosi ⁊ reducitur ad spasmũ de repletione:
quia hũiditas mala causata ab illo animali im
bibitur in neruis. Quarta causa est dolor:
quia uirtus sentiens nocumẽtuꝫ contrahit ner
uos ⁊ talis reducitur de per se ad spasmum de
inanitõne: quia cum nerui contrahuntur: tunc
propter dolorem aliquid effluit de humiditate
neruorũ sed per accidens reducitur ad spasmũ
de repletione. ratõ quia ad locuꝫ doloris fluũt
humores ⁊ ĩbibuntur in neruis. **Al.**

**Spasmo autẽ subito euenienti eadeꝫ
preparanda é cura quã in palisi conferre
diximus . In eo tamen fricatõe manuũ ⁊
iunctione ex oleo costino pl⁹ vtimur.**

Sillanus.

Hic ponit curam spasmi . Primo de repleti
one. Secũdo de inanitione. Secũda ibi. **Spas
mus uero.** De prima dicit ꝙ in spasmo de
repletione. Primo conuenit cura talis qualis
conuenit in iparalisi . Secundo dicit ꝙ in cura
spasmi dicti debemus uti plus fricatione manu
um et unctione ex oleo costino . Ntanduꝫ
ꝙ ratio primi dicti est: quia eadem est quasi ma
teria utriusqꝫ. s. flegma imbibitum in porositati
bus. Ratio secũdi dicti est : quia materia spas
mi est grossior : ideo tarde resoluitur ideo indi
get medicinis fortibus. Secundo notanduꝫ
ꝙ spasmus de repletione et paralisis conueni
unt in cura : quantum ad ea que approximan
tur ad intra : quia eedem sunt medicine digesti
ue et solutiue : Sed differunt quantum ad ea
que applicantur ad extra . quia in paralisi so
lum conueniunt resolutiua : quia materia est
fluida subtilis : et nõ timetur ꝙ remaneat gros
sum et remoueat subtile . Sed in spasmo de
replet'ione : quia materia est grossa et uiscosa.
Primo utendum est mollificatiuis : deinde re
solutiuis : quia si econtra fieret : resolueretur
subtile et remaneret grossum et putresceret.

Tertio notandum ꝙ unguentum mollifi
catiuum competens in cura spasmi est. ℞. mu
cillaginis : fenugreci: seminis lini: añ. ʒ. ii. buti
ri sine sale : axungie anatis añ. ℥. i . cere modi
cum liquefiant liquefienda: Et misce et fiat un
guentum resolutiuum dictum in capl'o de para
lisi ita ꝙ utatur ꝑ duos dies ungtõ mollificatio
deinde unguẽto resolutiuo per duos dies: ⁊ sic
uadat ꝯtinuãdo donec materia sit resoluta: Ad

21

idē ualet cerotuȝ isopi. Ad idē cerotuȝ diate seren. Notanduȝ quarto ꝙ unguētuȝ resolutiuuȝ ꝯpetens ē unuȝ mesue qđ icipit cerotuȝ aliud fortissimuȝ eiusdē uirtutis ad dissoluēdū articuloꝝ duricies. Ad idē unguētuȝ aragon descriptōe nicolai. Ad idē unguētuȝ marciaton descriptōe nicolai. Ad idē unguētum de bdellio mesue. Ad idē unguētuȝ filagrii mesue

Quīto notāduȝ ꝙ emplastruȝ mollificatiuū ꝯpetens in cura spasmi ē. ℞. emplm ceroneuȝ descriptōe nicolai qđ sufficit ad q̄ȝtitateȝ membri: mollificat eni multuȝ duricié splenis malaxetur cum oleo sisamio: ȝ apparet michi ꝙ hoc emplm sit resolutiuum ut uult nicolaus. Ad idé ad mollificandum ualet emplm đ melliloto

Ad idem ualet diaquilon. Ad idē ualȝ ablutio hec. ℞. seis fenugreci seminis lini seis aneti an̄. quart. i. sumitatuȝ malue bismalue barbe ircine an̄. M. i. ꝯquassentur fortiter buliāt i lb. iiii. aque donec redeant ad. lb. ii. coletur ⁊ đ colatura fiat ablutio mēbri: ⁊ postea fiat ablutio resolutiua dicta in. c. de paralisi uel uno đ mollificatiua alia die resolutiua. Sexto notāduȝ ꝙ eodem modo pōt fieri de balneo q: conuenit primo mollificatiuum factuȝ de herbis ꝑdictis: sed in pluri q̄ȝtitate. deide resolutiuū dcm̄ in. c. de paralisi. Ad idem ualet hoc quod est secretuȝ resolutiuum. ℞. seis aneti cōquassati lb. iiii. cāiculum uulpis euisceratum unuȝ: buliat in sufficienti q̄ȝtitate aq̄ usqȝ ad ossium separationé. fiat balneū in illa aq̄ uel abluatur mēbrum. Septimo notandum ꝙ piguedies maxime approꝑate in cura spasmi sunt axūgia vulpis leonis. Octauo notāduȝ ꝙ in cura spasmi de repletōe ualet pellis vulpis portata. Al.

Spasmꝰ uero qui nō repente ȝ suauiter accidit post febré aut post multá uētris solutioné: aut multū uomitū: aut sanguis fluxū malus ē ⁊ uix curabilis. Silla.

Hic ponit curā spasmi đ inanitōe: ⁊ diuiditur in duas. Primo oñdit quō se hȝ ad curandū spasmū de inanitōe. Secūdo ꝓsequitur ponendo curā. secūda ibi. Qiucquid tñ. De prima dicit ꝙ spasmus: q nō fit subito sed paulatim succedens ad febes uel ad euacuatōnes per secessuȝ uel per uomitū uel per fluxū sāguinis talis ē malus ⁊ uix curabilis. Notādum ꝙ spasmus de inanitōe pōt considerari dupl'r. Uno mō in suo principio: ⁊ sic ē curabilis cum remediis applicatis. Rō quia uirtus in neruis adhuc non ē debilis sicut ⁊ ethica in principio ē facilis curatōis ut auic. prima quarti. Secūdo pōt considerari spasmus de inanitōe quātū ad processum. ⁊ sic nō ē curabilis. rō q: consūpta est hūiditas naturalis ⁊ facta ē etiam resolutio caloris naturalis ⁊ spūs: unde uirtus ē nimis debilitata. Ad propositum hic intelligitur secūdo modo. Secundo ē notandū ꝙ spasmꝰ sequens ad febré est duplex. Quidam ē de inanitōe ut qñ febris ꝯsūpsit hūiditates sbales mēbroꝝ. Quidá ē spasmꝰ de repletōe ut qñ febris ē solū potens ad dissoluendū hūiditates ⁊ non ad resoluendum: sicut sol agēs in glatié dissoluit ipsá. Ad ꝓpositū h intelligitur prio mō. Al.

Quicqd tñ accidit ei mederi incipiemꝰ Egro náqȝ ordei aquá: ⁊ iura unctuosa ⁊ mollia ministrabimus: ⁊ in aquá dulcem tepidá ipsuȝ mittemus ⁊ iungemꝰ ex oleo uiol'. tepido: ⁊ oleo de seibus cucurbite: ⁊ ꝑcipue neruoꝝ radices in qbus spasmꝰ existit. In tina quoqȝ diu moretur ⁊ ex oleo uiol'. inuugantur. De uino bibat patiens parū qđ tñ multū habeat aque admixtōȝ ⁊ cibis nutriatur hūidis. Sillanus.

Hic ponit curam spasmi de ianitōe qñ ē curabilis. ⁊ diuiditur in quinqȝ ptes. Prio ponit curam per potū aque ordei ⁊ p iura unctuosa. Secūdo per balneū. Tertio per unctōȝ. Quarto p balneū ⁊ unctioné iterato. Quito p dietā partes patebūt. De prima dicit ꝙ in cura đbemus incipe dare aquá ordei ⁊ iura unctuosa ⁊ liquida. Notandū ꝙ ad nutrimētuȝ competens spasmo de inanitōe quiqȝ ꝯditōes requirūtur. Prima ꝙ sit facilis digestionis: q: uirtꝰ est multū debilis. Secūda ꝙ sit facilis penetratōis quia uie sunt multū stricte ꝓpter defectuȝ hūorum ⁊ spirituū. quia ibi ē oppilatio attenuatoria. Tertia ꝙ sit multi nutrimēti. quia facta est deperditio hūiditatis sbalis. Quarta ꝙ tale nutrimētū sit alteratiuū. quia i mēbris ē maxima siccitas ⁊ ut plimuȝ caliditas: ⁊ iō dȝ esse ut plurimum infrigidatiuum ⁊ humectatiuuȝ. Quita ꝙ sit ꝯsolidatinum ut fiat melior adherentia in partibus mēbri ⁊ si non habeat has totaliter saltē habeat aliquas uel plures. Secundo notandum ꝙ ex isto patet quare aqua ordei competat. rō q: ē sbtilis penetratōis ⁊ facil' digestōis. silr ē alteratiua q: ē frigida ⁊ humida. ⁊ si coquātur i ea cancri fluuiales ul' testudies nēorales ut docēt auctores bñ abluti erit bōi nutrimēti ⁊ sic erit nutrimētū mirabile ⁊ ꝑfectum quia hic sunt quinqȝ conditiōes dicte. ȝ quare cōpetunt iura unctuosa: q: sunt facilis digestionis cito penetrantia ⁊ boni nutrimenti ⁊ mlti

ut aqua carniũ ⁊ similia. Tertio notandum ꝙ
q̄zuis sint multi liquores humidi qui cõueniũt
in spasmo de inanitõe tñ inter cetera sũt q̄ttuor
que spãliter cõpetunt. primo oua sorbilia: quia
sunt facilis digestiõis ⁊ facilis penetratõis sbtil'
substantie ⁊ multi nutriméti: ideo quasi totum
ꝯuertitur in nutrimentũ. Secũdũ ꝯueniens est
uinũ multũ limphatũ: q꜡ facilis digestionis fa
cilis penetratõnis multi nutriméti ⁊ alteratiuũ:
⁊ ideo ualet in sincopi: q꜡ cito regenerat spũs ⁊
releuatur uirtus. Tertiũ cõueniens ẽ aqua car
nis que sic fit. ℞. gallinã minutim incisam põe
in uase uitreo ⁊ duo coclearia aque roſ. ⁊ uini
⁊ claudatur illud uas ne possit exire fumus nec
aliquis uapor ⁊ ponatur in cacabo in quo buli
ta aqua ⁊ depelli debet gallina ut tota unctuosi
tas remoueatur. Aliter põt fieri ĩ debilitate ual
de magna. habeatur capo ⁊ assetur ad partez:
⁊ cũ carnibus porcinis lardetur ⁊ contũdatur
multum cum torculari apothece ⁊ exp̃matur il
lud quod exhibit aqua carnis dicitur ⁊ si misce
atur cũ aqua carnis ⁊ detur cũ illa aqua ẽ ma
gis confortatiua. Similiter ⁊ meliꝰ ponatur ca
po in uino per diem ⁊ conteratur ut dictuz est ⁊
ponatur in alẽbico ⁊ distilletur ⁊ illa aqua ẽ mł
tũ confortatiua: ⁊ qñ patiẽs est debil' addatur
unus uitellus oui ⁊ est res mirabilis. Aliter cũ
filo suspẽdantur mẽbra pulli nõ multũ piguis ĩ
uase uitreo lato ⁊ claudatur optie orificiũ uasis
ut aqua buliens nõ possit intrare ⁊ tũc dimitta
tur per tres horas uel circa deinde aperiatur ⁊
succus qui egressus est coletur ꝓpter unctuosi
tatem ⁊ tale dr̃ distillatũ ⁊ si ponantur florẽi au
rei. x. uel plures erit melius adhuc q꜡ est magis
cordialis aqua illa. Quartũ ꝯueniens ẽ lac ⁊ in
ter alia ẽ lac muliebre: deinde asininũ: deide ca
prinũ. cã quia est facilis digestionis facilis pene
tratõnis ⁊ subtilis nutrimenti consolidatiuũ ra
tõe caseitatis. ⁊ si est possibile sumatur ex ubere
⁊ uas in quo ponitur lac põatur in aq̃ calida ne
corrũpatur ꝓpter aerẽ. ⁊ si eẽt fluxus uẽtris la
pides igniti uel calips extinguatur in ip̄o.

Quarto notãdũ ꝙ ad idẽ ualz restauratiuũ
de carnibꝰ cũ spẽbus qđ cõiter fit per medicos
℞. carniũ pulli uel edi elixatatarꝫ usq3 ad quã
titatẽ sufficientẽ pistentur optie cũ brodio ⁊ zu
charo q̄bus addãtur spẽs infrascripte. ℞. car
damõi gariofilorꝫ cucubebarꝫ galãge zizib. nu
cis musſ. dragagãti gũmi arabici añ. ʒ. i. macis
croci añ. ℈. ii. ⁊ addantur cũ istis spẽbus. uide
licet. ℞. amidi liq̄ricie uuarũ passarũ pinearũ
amigdolarꝫ dulciũ ⁊ mũdatarꝫ sebesten fisticorꝫ
semen cucurbitarũ melonũ cucumerꝫ papauer
al. seis lactuce portulace añ. ʒ. ii. pẽidiarꝫ. ℥. iiii.
aque buglosse que sufficit ad infundendũ zuc
carũ addatur mellisse buglosse spodii sumach
corticũ citri dactilorũ añ. musci parũ confician
tur optie ⁊ ponantur in scatula ⁊ deaurẽtur.

Aliud restauratiuũ nicolai. ℞. liquiricie roſ
zuccari añ. ℥. ii. dragagãti gũmi arabici. añ. ℥.
ii. sandalorꝫ alborꝫ ⁊ ru. añ. ℥. i. ſ. seis papauẽis
al. ℥. iiii. succi liquiricie amidi seis lactuce scario
le spodii añ. ʒ. i. gariofil'. ℥. ſ. seis cinami zizib.
storacis añ. ℥. ſ. croci. ʒ. ii. penidii. ℥. iiii. seminis
citrullorũ cucũeris melonis cucurbite añ. ʒ. ſ.
seis citoniorꝫ. ʒ. vi. penidiarꝫ amigdalarꝫ sebestẽ
añ. ℥. i. ꝯficiantur cũ sirupo q̄ztũ sufficit zucca
ri. ℔. xii. **Et in aqua.** Hic ponit curaz ꝑ bal
neũ ⁊ dicit ꝙ ꝯueniẽs ẽ ut balneetur ĩ aqua tepi
da dulci. Notandũ ꝙ rõ dicti est ꝙ tale bal
neũ hũectat per uiã irroratõis: vnde ꝓhibetur
resolutio hũidi radical'. Secũdo q꜡ dilatat por
ros: unde nutrimẽtũ põt melius uẽire ad mem
bra. Secũdo notãdũ ꝙ mora in balneo dz
eẽ quousq3 uene icipiũt tumefieri ⁊ nõ ultra: q꜡
tunc fieret resolutio ⁊ iõ medicus tunc dz eẽ pre
sens. Secũdo notandũ ꝙ loco balnei dulcis
aque tepide cõpetũt alia balnea. Primũ ẽ aq̃
dulcis balneũ in quo buliant res frigide ⁊ hũi
de ut flores nenufaris uiolarꝫ ⁊ salicuz: ⁊ si ẽ no
bilis ponãtur res in sacculo ad decoquendum
ne deturpetur. Secunduz balneu z approꝑatũ
ẽ balneũ lactis ⁊ ẽ mirabile: quia sicut ualet ab
intra ualet ab extra. Tertiuz balneũ ẽ olei cõis
⁊ preualet duobus balneis ṕcedẽtibus cauen
dum est tñ a caliditate ipsius. **Et inungemus**
Hic ponit curã per unctionẽ dicens ꝙ debe
mus ungere radices neruorꝫ ex oleo uiolato te
pido uel ex oleo de seibus cucurbite ⁊ per illud
intellexit sibi similia: ut oleuz de seibus ⁊ oleuz
de salicibus. rõ q꜡ tal' iunctio ꝓhibet exiccatõ
nẽ. Notandũ ꝙ ad idẽ ualet hoc unguẽtum.
℞. axungie galline axungie anatꝫ medulle uitu
li añ. ℥. ſ. mucilaginis psilii mucilaginis draga
gãti gũmi arabici añ. ʒ. iii. olĩ uiolarꝫ olĩ nenu
farꝫ olĩ de salicibus añ. q̄rtꝫ. ſ. cere q̄ztuz sufficit
liq̄fiãt liq̄fiẽda misce oĩa fiat ungtm̃ quo unga
tur tota spia dorsi lz possint ungi alia membra.
In tina. Põit iterato curam ꝑ balneuz ⁊
unguenta ut dictum fuit supra. **De uino.**
Hic ponit curam per dietam dicens ꝙ parꝫ
debet bibere de uino: quod tamen sit mixtum
factas. Quinto notandũ ꝙ modus cure isti
us egritudis é sicut epilepsie: qꝛ materia é eadẽ
Ná icubus ñ é aliud qꝫ parua epilepsia.

De melancolia. Sillanus.

Otandũ primo circa rubricá ꝙ me
lancolia põt duplr̃ sumi. Uno mõ
pro hũore melácolico. Secũdo mõ
pro quadá passione cerebri sic noia
ta. Ad ꝓpositũ hic sumitur secũdo mõ. Se
cundo notandũ ꝙ mľia secũdo mõ dicta capi
tur duplr̃. Uno mõ generaliter: ⁊ sic est nomen
generale ad maniá caninam ⁊ lupinam siue de
moniacam ⁊ ad mľiam ꝓprie dictá. Secundo
modo capitur pro mľia ꝓprie dicta solũ. Ter
tio notandũ quid sit mľia ꝓprie dicta. ná mľia
est mutatio extimationũ ⁊ cogitationũ a cursu
naturali ad corruptionem ⁊ timorẽ ⁊ ad maliti
am ꝓpter ꝯplonem mľicá facientẽ siluestrẽ spi
ritũ in uiis cerebri ⁊ facientẽ ipm timidũ ꝓpter
tenebras ipsius: sicut tenebre extrinsece solitari
um timere faciũt secũdũ ꝙ ꝯplexio frigiditatis
⁊ siccitatis ꝯtrariãtur spũi debilitans ipsũ ⁊ sic i
eo uidetur eẽ lesio pluriũ v̇tutũ. Quarto notá
dũ ꝙ apud medicũ tres sũt cause mľie. s. ṗmiti
ua añs ⁊ ꝯiuncta. Primitiua sũt res nõ natura
les multiplicantes mľiam ut cibi mľici sicut len
tes ⁊ fabe ⁊ alia legumina carnes antique caseꝰ
aules carnes bouine leporꝫ cuniculorꝫ: uinum
grossum panis azimus timor ⁊ tristicia ⁊ ꝯplexio
frigida ⁊ sicca. silr̃ ⁊ regio frigida ⁊ sicca: etas se
nectutis ⁊c. Causa añs é humor mľicus an
teqꝫ actu inducat corruptioné in uirtute estiatia
uľ imaginatiua. Causa ꝯiũcta é hũor mľicꝰ
existens in cerebro uľ in alio mẽbro iducẽs cor
ruptioné in uirtute imaginatiua uľ estiatiua.
Quinto notandũ ꝙ dĩa est inter maniá ca
niná ⁊ mľiam ꝓprie dictá. qꝛ mania canina cau
satur ex mľia generata ex sanguine qꝫdiu rema
net in materia cá adurẽs. ⁊ sic é in paroxismo gar
rulant ⁊ gaudent rõne sanguis ⁊ tristãtur rõne
mľie. Mania aũt lupina uel mľia lupina cãtur
ex mľia causata ex adustione colere: ⁊ in tali fit
rixa furia ⁊ agitatio: ⁊ a uulgaribꝰ dĩ ꝙ demon
intrauit corpus eiꝰ: ⁊ é passio difficilis ad curá
dũ. Mľia ꝓprie dicta causatur ex mľia natura
li buliente in cerebro: ⁊ aliqñ cãtur a mala com
plexione frigida ⁊ sicca sine materia lꝫ raro ab
illa: uel ex mľia causata ex adustione aliorꝫ hũo
rũ dũ tñ caliditas sit separata ab illa materia.
Sexto notandũ ꝙ melancolia põt ꝯsiderari
duplr̃. Prio mõ quantũ ad sui originẽ uel ap
prehensioné. ⁊ sic é actio corrupta uirtutis ima
ginatiue. uel quantũ ad sui ꝯplementũ: ⁊ sic est
actio corrupta estimatiue. Septio notandum
ꝙ mľia põt fieri dupliciter. uel per causam pro
priá i cerebro uel per cõitatẽ: ut quia uapor mľi
cus cõicatur cerebro a mẽbris inferioribꝰ: ut a
corde stõ ipocondriis splene renibꝰ: ⁊ a retenti
onibus mẽbrorꝫ uel hemorroidarꝫ. Octauo no
tandũ ꝙ spẽs mełie sũt q̃si infinite. Quidá eni
timent casũ celi supra se. Quidá timẽt ꝙ terra
absorbeat eos. Quidá timent latrones. Qui
dá ne lupus agreditur eos. Quidá imaginan
tur res corá oculis suis que nõ sunt v̇e. Quidá
imaginantur se factos eẽ reges: aut lupos: aut
demones: aut aues: aut instr̃a artificialia. Qui
dá ridẽt: qdá plorant: quidá abhorrent aquá.
Quidá ẽt mełici illr̃ati fiunt literati: ⁊ lr̃aliter lo
loquuntur. Quidá ꝓphetizant: ⁊ hoc nõ uide
tur reducibile in causas ratõales nobis notas

⁊ sunt plures alie spẽs quas omitto propter mľ titudinem earum. Almansor.

Um alicui cogitationes male sine causa acciderint ⁊ timor ⁊ tristitia in eo preualuerit. mľie ꝑncipium in eo ẽ. Cuz aũt res ad hoc deuenerit vt etiam ea que cogitare ceperit ore ꝓmat verba sua atqꝫ actus ꝑmisceat: iam mľia perfecta ẽ. Cui g̊ he male cogitatões ⁊ tristicia ⁊ tribulatio accidũt anteqꝫ ꝑualere incipiant succurrẽdus ẽ: quia si preualuerint cura est difficilis. Sillanus.

Hic determinat de melãcolia: ⁊ diuiditur in tres. Primo põit signa. Secũdo reddit causam quare cũ apparent male cogitatões nõ est differenda cura. Tertio ponit curã. secũda ibi. Cui g̊ he. Tertio ibi. Qꝺ si cũ mľia. Prima in duas. Primo ponit signa mľie qñ ẽ i ꝑncipio. Secũdo qñ in sui ꝯplemento. secũda ibi. Cũ aũt res. De prima dicit ꝙ qñ in aliquo apparent ista signa. Primo ꝙ male cogitatões accidũt sine cã. Secũdũ ꝙ timor ⁊ tristicia i eo preualent: tunc dicimus ꝙ mľia ẽ in sui ꝑncipio Notãdũ ꝙ mľie tres sũt g̃dus. prio qñ false iaginãtur uel estimãt: qꝛ imaginantur illꝺ ꝙ ñ ia ginandũ. uel estimãt qꝺ ñ ẽ estimandũ. Secũdus gradus ẽ qñ ore ꝓferũt qꝺ mente cõcipiunt: quia loquũtur fatue: Tertius gradus ẽ qñ cõplent ope quod mẽte cõceperũt sicut aliq mľici qui nõ desinũt ire nũc huc nũc illuc: ⁊ nesciunt quo uadant. ⁊ dĩ cuttubuth. Secũdo notandũ de rõne signoꝝ. Uerificatur primum qꝛ humor meľicus repugnat spiritibus sui sba ingrossando spũs ex sui qualitate qꝛ frigidus ⁊ siccus. Uerificatur ꝺm quia sicut homo exñs in mẽbris tumet ⁊ tristatur. sic spũs per meľiaz ⁊ uapores melãcolicos obtenebrantur: ⁊ ideo ẽ timor ⁊ tristia ⁊c. Cum autem res. Hic põit signa meľie qñ est in suo cõplemento dicens ꝙ qñ res ꝓuenit ad hoc qꝺ patiens proferat ore que mente cõcipit. Siľr uerba ⁊ actus suos permiscet: signũ ẽ ꝙ meľia ẽ in suo cõplimento. Notandũ ꝙ supra Raß in precedẽti parte posuit primũ gradũ meľie q ẽ male cogitare ⁊ false imaginari nũc in hac parte ponit ꝺm gradũ meľie qui ẽ ꝓferre ore qꝺ menti ꝯcipit. Scꝺo notandũ ꝙ signa meľie sunt duplicia: quedam sunt ꝓnostica ⁊ quedã demonstratiua. ꝓnostica sunt timor pusilanimitas extimatio mala timor sine cã: uelocitas ire dilectio solitudĩs: tremor ⁊ uertigo ⁊ sonitus ꝓprie i mirach. Demonstratiua sunt qñ predicta sunt confirmata. Tertio notandũ ꝙ ratio signoruz est. Primo timor ⁊ pusilanimitas ꝓpter tenebrositatem meľie uel uaporis meľici obtenebrantis spirit⁹ extimatio mala rõne meľie ĩprimentis speci cꝫ tenebrosã. Tior ⁊ uelocita scire qꝛ talis icipiteẽ solitari⁹ ⁊ si qs illũ a suo ꝓposito diuertit irascitur ⁊ qꝛ imaginatur ab oĩbus paruipendi est dilectio sollitudinis ꝓpter obscuritatẽ meľie que mouet ut sit sollitarius ⁊ nõ cõuersetur cuz aliquo ⁊ fit aliqñ tremor ex uaporibus ascendentibus ad caput ⁊ sonnitus ⁊ tinitus proprie in mirach. ꝓpter idem qꝛ ibi eleuãtur mali uapores ẽ fastidium ꝓpter multitudinẽ uẽtositatis sublevantis cibuz. Quarto notandum ꝙ signa melancollie cerebralis sunt hec. superfluitas cogitationis assiduatio sollitudinis ĩportunitas ad aliquã rem ut ad terraz antecessio i somnietatꝫ egritudines cerebri antecedens ⁊ non apparẽt in mẽbris cerebro cõicantibus nocumenta.

Accidentia sunt ualde magna ⁊ continua ratõ pꝫ intelligentibus. Signa mellãcollie per cõitatẽ per totum corpus sũt nigredo toti⁹ corporis ⁊ arefactio ⁊ retentio eius ꝙ cõsueuit euacuari a splene ⁊ a stõ ⁊ hemorroidibus ⁊ mẽstruis uehemens nigredo piloꝝ antecesio ciboꝝ melicollicorũ. Antecesio febrium putridarum cronicarum ⁊ diuersarũ. rõ patet. Signa meľie ꝓpter cõitatẽ ad splenẽ sũt multitudo appetit⁹ ꝓpter effusionẽ meľie ad os stõi: Paucitas digestionis stõi ꝓpter ꝯitatẽ meľie: multitudo rugitus lateris sinistris. Inflatio splenis ꝓpter uentositates: ⁊ hoc non separatur ab eis: qñqꝫ est febris quartana. Natura ẽ leuis ꝓpter indigestionẽ. Signa meľie ꝓpter cõitatẽ ad stõm sũt nauseatiua sacietas cum indigõe ⁊ repletõe in hora digestõis. Multiplicatio doloris apꝺ cõestionẽ q qescit apud digõem. Signa meľie ꝓpter cõitatẽ ad miracb. sũt grauitas i mirach: ⁊ attractio ad superiora nausea inseparabilis: et corruptio digõnis. Eructuatio acetosa. Sputũ humidũ. Rugitus ⁊ exitus uentositatis. ⁊ ineniunt iuuamentum dolor ẽ in stõ: aut iter utrasqꝫ spatulas ꝓprie post cibum anteqꝫ digeratur Signa qñ mľica passio fit a sanguinea melãcollia sunt qꝛ patiẽs ẽ cum gaudio ⁊ risu ꝓpter proprietatẽ sanguis. nõ ẽ tristicia uehemens. oculi sunt rubei. Uene sunt plene cibi multiplicãtes sanguinẽ precesserunt. Sig̃ meľie qñ ẽ a colera sunt: qꝛ ẽ cum saltu ⁊ cum furore ⁊ cum luppinositate ⁊ cum terribili aspectu: ⁊ appellatur a qbusdã demonium. Sig̃ meľie qñ fit a fľate ẽ cũ

28

pigritia paucitate caliditatis ⁊ cum quiete.
Signa quando fit a melancollia est cogita
tio plurima: audacia minor quam in aliis odi
um cuius non obliuiscitur ⁊ cetera. Cū ergo
Hic reddit causam quare cum hee male co
gitationes apparent cura non sit differenda: ⁊
dicit ꝙ cum accidunt male cogitationes tristi
tia ⁊ turbatio succurrendum est antequam inci
piant preualere. Reddit causam: quia si confir
mentur ⁊ preualeant cura est difficilis. Pro
nosticatio fluxus uel narices quando ueniunt
habentibus melancollicam passionem est bo
nus. Notādum ꝙ ratio huius dicti est quia
si confirmetur signum est ꝙ facta est fortis im
pressio in membro principali scilicet in cerebro
Item quia talis egritudo fit ab humore melan
collico: ⁊ talis repugnat curatiōi ratione substā
tie: quia est humor grossus: ⁊ ratione qualitatis
quia est humor frigidus ⁊ siccus unde contra
riatur calori naturali qui curat morbos.
Unde quartana curatur difficiliter.

Almansor.

**Quod si cuz melancollia fuerit dolor
ventris ⁊ inflatio ⁊ malus color. ⁊ digesti
onis corruptio ⁊ vomitꝰ acetosus. ⁊ excrea
tionis multitudo. incipienda est cura cum
phlebotomia ex basilica: aut saluatella si
nistre manus. Et si sanguis visus fuerit ni
ger dimittatur egredi in multa quantitate
subtilis autem ⁊ rubeus si fuerit restrigen
dus erit illico. Eger vero ex rebus linienti
bus est nutriendus vt sunt alessidabegi q̄
sunt ex carne edina ⁊ aretina ⁊ mittēdus
est in balneum in quo non diu moretur.**

Sillanus.

Hic ponit curam melancollie ⁊ diuiditur in
duas. Primo ponit curam melancollie proue
nientis a splene. Secundo a capite. Secun
da ibi. Si autem. Prima i quattuor.
Primo ponit curam per euacuationem. Se
cundo ostendit quibus est utendum post eua
cuationem. Tertio ostendit a quibus est ab
stinendum. Quarto ostendit circa que me
dicus habet attendere in cura talis melancollie
prouenientis a splene Secunda ibi. De
inde tribus. Tertia ibi: Eger vero.
Quarta ibi: Et studendum. Prima in
duas. Primo ponit curam per euacuationē
factam per phlebotomiam. Secundo per
euacuationem factam per secessum. Secū
da ibi: Post hoc autem. Prima i tres
Primo docet facere phlebotomiam. Secū
do docet curam per dietam. Tertio per bal
neum. Secunda ibi. Eger vero. Tertia
ibi. Et mittendus. De prima dicit ꝙ si
cuz melancollia fuerint ista signa scilicet dolor
uentris ⁊ inflatio: malus color: corruptio dige
stionis ⁊ uomitus acetosus: debemus incipere
curam faciendo phlebotomiam ex basilica: aut
saluatella manus sinistre. Secundo dicit
ꝙ si sanguis fuerit niger debet dimitti fluere seu
diminui in quantitate multa. sed si sit subtilis
rubeus debet statim restringi. Notanduz
ꝙ ⁊ si melancollia possit esse per communitatē
ad alia membra scilicet ad cor: quia generat spi
ritum uitalem turbidum ⁊ grossum. Vel ad
epar uel ad splenem. Uel ad matricem. Hic ta
men ponit curam eius que est per communita
tem ad splenem: quia sepius accidit ex quo sple
nem est receptaculum melancollie ⁊ illa cura
curantur alie. Notandum secundo de ra
tione signorum melancollie prouenientis a
splene. Primo est dolor uentris: quia propter
abundantiam humorum in splene: ⁊ propter
coligantiam splenis ad stomachum debilitatur
uirtus digestiua stomachi: ⁊ sic generantur uē
tositates que sunt causa doloris ⁊ inflationis
stomachi: ⁊ sic uerificatur primum. Uerificatur
secundum: quia malus color est propter maliti
am digestionis. Uerificatur tertium. scilicet cor
ruptio digestionis propter malitiam melancol
lie habundantis in splene. Uerificatur quartuz
scilicet uomitus acetosus quia melancollia pro
fluit ad stomachum ⁊ corrumpitur conuerten
do ad acetosum. Uerificatur quintum: quia fit
multum sputum propter malitiam digestionis
ratione cuius generatur multum de phlegma
te uiscoso in stomacho. Tertio notandum
ꝙ ratio remedii est: quia per euacuationem fac
tam ex basilica uel ex saluatella manus sinistre
ul' brachii euacuatur sanguis melancollicus q
peccat in splene ⁊ si sit niger debet dimitti egre
di: quia sanguis melancollicus est niger ⁊ gros
sus ⁊ sic euacuatur materia peccans. si sit subti
lis restringatur: quia tunc talis sanguis est co
lericus qui est sicut frenum melancollie ⁊ sic nō
euacuatur materia peccans. Dubitatur i ha
bentibus passionem melancollicaz peccato me
lancollie: quare competat phlebotomia cū nō
peccat sanguis. Dicendum ꝙ melancollia ma
gis conuenit cum sanguine: quia est fex sāguis:
⁊ quia melancollia non est sic seperabilis a san
guine. Sed si dicetur ꝙ sangnis magis contra
riatur in complexione melancollie q̄z phlegma

ti. Dicendum ꝙ licet ex perte complexionis ita sit tamen ex parte multiplicationis non quia fiunt ab eodem calore. Aliter licet sic sit: tamen ex parte euacuationis nō est simile: quia phlegma propter uiscositatem adheret: ⁊ non sequitur sanguinē in euacuatione sed melancollia nō immo egreditur cum sanguine: ⁊ ideo posuit phlebotomiam: ⁊ Auic. etiam quarta primi capitulo. xx. de phlebotomia dicit ꝙ homines melancollici debent sepe phlebotomari. ⁊ in phlematicis prohibet. Eger vero. Hic ponit curam per dietam dicens ꝙ eger debet nutriri ex carne edina ⁊ aretina. Ratio quia ex ea generatur sanguis bonus ⁊ multe quantitatis q resistit melancollie: ⁊ ex quo fit resumptio corporis ⁊ specialiter conuenit hoc. quia spleneti ci sunt macri propter idigestionem in epate.

Notandum ꝙ per illa iura debemus etiā intelligere alia iura ut gallinarum pullorum uitellos ouorum ⁊ similia humectantia ⁊ sanguinem multiplicantia. De herbis uero boraginem ⁊ buglossam comedat. Et mittendus.

Hic ponit curam per balneum: dicens ꝙ patiens debet poni in balneo ⁊ in eo paruz morari. Notandum ꝙ ratio primi dicti ē: quia balneum aque dulcis humectat corpus. nam ibi peccat materia per frigiditatem ⁊ siccitatem Ratio secundi est quia si diu staret in balneo: magis resolueret materiam subtilem ⁊ sic exsiccaret: ⁊ ideo quidam bonus curabat quartanam paucis diebus: ipse enim administrabat balneum omni die bis ut materia melancollica citius expelleretur in perorismo: ⁊ sic īfra mēsem curabat quartanam. Alia causa est quia balneum inducit letitiam: sed in passione melācollica est tristicia. ⁊ cetera. Al.

Post hoc autem decoctione de epithio quā ego composui vtatur cuius hec ē confectio. ℞. mirobalanoꝝ indorum. ʒ. x. polipodii. ʒ. v. sene. ʒ. viiii. turbith. ʒ. iiii. sticados. ʒ. x. passulaꝝ enucleataruz. ʒ. x. epithimi cretensis. ʒ. x. omnia excepto epithimo in tribus. ℔. aque coquenda sunt. donec ad unā libram ⁊ mediam redeant. cūqz hoc factum fuerit addatur epithimum ⁊ illico ab igne remoueat̃ ⁊ dimittat̃ donec infrigidari ceperint. Cūqz īfrigidata fuerint manibus fricata colentur. Deide sumant̃ agarici due tertie. ʒ. i. aloes. ʒ. i. sal' indi. ʒ. ſ. elli nigri q̃rtaz. ʒ. vnius ⁊ conficiantur cū melle. aut cū iubel. ⁊ fiant ex eis pille que per tres horas ante decoctionis exceptionem sumende sunt postea sumat̃ decoctio. Deinde tribus diebus quiescat In his autem diebus quibus quiescit nutriatur ex eis que precepimus. ⁊ ī potu sumat vinum subtile ⁊ clarum ⁊ bene odoriferum. Post hoc quoqz iteruz soluēdus est vt prius. hoc vero ita prediximus tertō iterandum est quarta quoqz potio ei danda est. Eger vero ab omnibus qui colerā generant nigram abstinendus est: vt sunt carnes siluestres omnes ⁊ caro vaccina ⁊ caprina vetuste ⁊ fabe. ⁊ caro salita ⁊ caseus vetus ⁊ lentes ⁊ precipue lentes ⁊ omnia humefactiua. Uinuz preterea grossum labores ⁊ vigilias euitet. nec patiat̃ famem nec sitim vino vero subtili in potu vtatur ⁊ precipiēndum est ei vt dormiat Et est studendum in splenis curatione ex his que in sequentibus ī capitulo de splenis curatione dicturi sumus que augumētatur. Os quoqz stomachi confortandus est. ⁊ precipue ex medicinis quarum mentionem in sequentibus facturi sumus cuz egritudines stomachi nominabimus.

Sillanus.

Hic ponit curam per euacuationem factam per secessum. Primo per decoctionem. Secundo per pillulas. Secunda ibi. Deinde sumatur. De prima dicit ꝙ post phlebotomiam conuenit decoctio de epithimo que est. ℞. mirobalanorum indorum. ʒ. x. polipodii. ʒ. v. sene. ʒ. viiii. turbith. ʒ. iiii. sticados. ʒ. x. passularum enucleatarum epithimi cretensis añ. ʒ. x. omnia excepto epithimo coquātur in. ℔. iii. aq̄ donec ad. ℔. i. ſ. reddeant. Cumqz hoc factum fuerit addatur epithimum: ⁊ omnia ab igne remoueantur illico ⁊ dimittantur donec incipiant infrigidari ⁊ cū infrigidata fuerint manibꝰ frica ⁊ colentur. De secunda parte ponit descriptionem pillulaꝝ: ⁊ est. ℞. agarici duas tertias ʒ. unius aloes. ʒ. i. salis indi. ʒ. ſ. elli nigri quartā. ʒ. unius conficiantur cū melle: aut cū iulep: ⁊ fiant pillule. Subdit ꝙ tales sumende sūt per tres horas ante assumptionē potionis uel decoctionis: ⁊ debet cōplere recipi usqz ad dies. xvi ⁊ qualibet die anteq̃z detur decoctō pillule. omnes que fiunt ī recepta sūt sumēde p tres horas ante. Notandū ꝙ ratio dictoꝝ ē: q: tales pille ⁊ talis decoctio euacuant phl'a grossuz agregatū rōe debilitatis epatis ꝑpter colligantiaz cū splene ⁊ melia a qua fit principaliter illa passio ⁊ quare debent sumi p tres horas añ decoctōz

29

q₂ pillule non possunt operari in tam breui tem
pore: ideo adueniente decoctóne pill'e dissoluũ
tur ꝛ sil'r ꝯficiunt uná operatõm. Tertio no
tandũ ꝙ hora assumptõis ꝯueniens non dꝫ eé
in die agitatõis ꝛ cõmotionis materie sicut in
die ꝑoxismi: q₂ in lla die non dꝫ eé assumptio
alicuius medicie. Ut Auic. prima q̃rtı̃. c. de cu
ra putridaꝝ in generali. Sed in hora q̃etis: q₂
uirtus é fortis magis apta euacuatõi. Notá
dũ quarto ꝙ anteq̃ꝫ detur medicina dꝫ ꝑcede
re sirupus digestiuus materie existentis in sple
ne ꝛ é talis. ℞. radicũ feniculi petrosilini acco
ri radicis ciperi añ. q̃rtı̃. ʃ. radicis rafãi radicis
apii añ. ʒ. i. radicũ corticis capparorũ mediáe
tamarisci frassini ꝛ gemestre añ. ℥. ʃ. eupatorii
calaméti absinthii capil. uene. endiuie scariole.
añ. ℳ. i. anisi maratri cuscute seis portulace se
minis melonis indi añ: ℥. i. liqritie rase uuaruꝫ
passaꝝ sine arill' añ. ℥. i. succi boraginis succi fu
miterre depuratoꝝ añ. ℥. ii. floꝝ boraginis bu
glosse floꝝ sticados arabici añ. ℥. i. mell' elci. q.
iii. zuccari alb. ℔. ʃ. temperentur cortices i ace
to forti ꝑ nocté fiat sirupus ꝑfecte clarificat⁹ us
qꝫ ad. ℔. i. ʃ. administretur cũ decoctõe boragi
nis floꝝ tamarisci florũ sticados arabici añ. ℥.
ʃ. thimi epithi folliculorũ sene polipodii q̃rcini
añ. ℥. ʃ. anisi. ʒ. iii. liqritie rase uuaꝝ passarũ siñ
arill'. ʒ. vi. fiat decoctio i sero caprino. ꝛ in decoc
tione téperentur per nocté corticũ mirobalano
rũ bene gũmossorũ. ℥. i. ʃ. fricentur de máe for
titer ꝛ colétur: ꝛ colature addatur. ꝛ administre
tur si é delicatus cũ. ℥. i. zuccari al. uel cãdi dul
coretur. Ad idem ualent tales pill'e. ℞. yere
ruffini. ʒ. iii. lapidis lazuli puluerizati ꝛ subtil'r
ʒ. i. misce malaxando cũ modico sirupi fumiter
re fiant pillule ad quãtitaté cicerũ. Ad idé ꝑ
debilib⁹ ualet diasene. ℥. ʃ. Ad idé ꝯfectõ ha
mech. Ad idé pulueris sene: ℥. ʃ. cũ aqua la
ctis. **Deinde tribus.** Hic oñdit quomodo est
ꝓcedendũ post euacuationé dicens: ꝙ post pri
má euacuatõm debet q̃escere tribus dieb⁹. Rõ
q₂ uirtus cõfortatur per nutrimentũ q̃ uirt⁹ fuit
debilitata ꝑ medicinã ꝛ iterato posset laxari.
Secundo dicit ꝙ i his tribus dieb⁹ dꝫ uti dieta
de qua dictũ é. Rõ patet. Tertio dicit ꝙ i potu
debet dari uinũ subtile clarũ odoriferũ. Rõ q₂
generat bonũ sanguiné ꝛ spũs claros q contra
riantur spiritibus grossis in mel'ia. Quarto
dicit ꝙ iterato post dꝫ euacuari ut prius: ꝛ sic
quousqꝫ quarta potio sit exhibita. Rõ q₂ mate
ria mel'ia é difficil' euacuatõis: ꝛ ideo paulatim
debet fieri euacuatio. Sed intelligendũ é ꝙ
semp dꝫ premitti digestiuum: q₂ i cronicis egri
tudinib⁹ debet fieri paulati digestio ꝛ paulatim
euacuatio ꝛc. **Eger vero.** Hic ostendit a q̃bus
é abstinendũ: dicés ꝙ eger debet se abstinẽ ab
oibus generantibus mel'iam. Ut sũt carnes sil
uestres oés: ꝛ uaccina caro ꝛ hyrcina ꝛ magna
rũ caprarũ fabe caro silita caseus antiquos lé
tes ꝑcipue. Similiter olera nisi sint humectati
ua qualia sũt borago buglossa ꝛ sil'ia. Secun
do dicit ꝙ dꝫ abstinere a uino grosso q₂ aggre
gat mel'iam ꝛ spũs turbidos. debet abstinere a
labore ꝛ uigiliis q₂ exiccant. Tertio dicit qᵒ
non debet pati famé nec siti. rõ quia i talib⁹ dis
positõibus corpus exsiccatur. Quarto dicit
ꝙ debet uti uino subtili. rõ quia generat spirit⁹
subtile ꝛ claros qui contrariantur melancolie.
Quinto dicit ꝙ debet dormire. rõ quia cele
bratur melior digestio ꝛ humectatur corpus.
Nota ꝙ studétis non debet uti carnibus salsis
nec alii generantibus mel'iam: nec uino grosso
quia ex his generatur nutrimentũ grossũ ꝛ spi
ritus grossi humidi turbidi. unde cerebrũ non
bene disponitur ad speculari ꝛ studere. **Et est
studendũ.** Hic ostendit circa q̃ medicus hꝫ in
tendere i curatione mel'ie ꝓuenientis a splene:
dicens ꝙ debemus attendere in curatione ad
splené cum hiis de quibus dicetur in. c. de cura
tione splenis. Ratio quia hec passio principal'r
dependet a splene: iõ si splé é durus dꝫ mollifi
cari. Tertio dicit ꝙ debemus attendere ad sto
machum cõfortando os stomachi cum hiis q̃
dicétur in. cade dis positione stomachi. ratõ q₂
a splene ad os stomachi cõmunicatur mel'ia q̃
infrigidat ꝛ debilitat os stomachi: iõ conforta
ri debet ut prohibeatur receptio mel'ie. Al.

**Si auté cũ mel'ia ea que nominauim⁹
non fuerit ꝛ acciderit post frenesim ul' lõ
gá morá sub sole. aut percussioné in capi
te. flebotomia ex cephalica faciéda é.**

Sillanus.

Hic ponit curam melancolie cerebralis: ꝛ di
uiditur in duas. Primo ponit curam quando
fit a materia calida uel a melancolica causata
per adustionem colere uel sanguinis. Secũdo
ponit curam quando fit a mel'ia innaturali.
Secunda ibi. **Si autem.** Prima in duas.
primo ponit curam flebotomiam. Secundo
per localia. Secunda ibi. **Et capiti.** De pri
ma dicit ꝙ si cum melancolia nõ fuerit ea que
dicta sunt: sed sequatur post frenesim: uel lon
gam moram sub sole. Uel post repcussioné i ca
pite. suple arguim⁹ mel'iam eé i capite ultio cere

bria a principio dz fieri flebotomia ex cephalica. Ro q: per ipsa euacuatur materia q e causa ans 7 de illa q est coiuncta. Notandu q ibi capitur mlia: ut e cois ad mania: 7 hic capitur mania causata ex melia causata ex adustoe sanguis uel colere qzdiu ca adurens tenetur in materia: 7 sic uenit post frenesiz: q: frenesis causatur ex sanguie 7 colera: 7 qn uenit adustione generat meliam uel maniai: 7 qzdiu remanet caliditas tam diu remanet mania. Similiter pp longa mora sub sole aduruntur humores 7 conuertuntur ad meliaz: 7 qzdiu stat caliditas taz diu stat melia. Silr pter percussione capitis sanguis 7 spus rone doloris ascendit 7 fit inflamatio 7 adustio io 7c. Notandu q i passioe causata a materia melica copetit et medicina 7 qnqz sirupus ppetit: 7 sirupus ppetes i mania e. R. lactuce scariole altee an. M. i. flor uiol. nenufaris rob. ru. an. ℥. i. succi boraginis succi fumiterre succi pomor acetosor an. ℥. ii. aceti. sqllitici: ℥. i. pro ca piuncta zuccari al. qrt. iii. fiat sirupus clarificatus usqz ad. lb. i. Laxatiuu dz ee tale. R. flor boraginis flor uiol. florum nenufaris an. ℥. s. uuar passar mundataru ab arill. z. v. epithimi folliculor sene an. ℥. i. anisi. z. iii. fiat decoctio i sero caprino. 7 i decoctione teperentur cortices mirobalanor indor uel citrinor. z. i. pro ca antecedente corticis mirobalanor indor. ℥. s. Pro ca piucta fricetur d mane fortiter 7 colentur 7 colatura de mane detur

Almansor.

Et capiti studiu adhibendu ex reliquo regie q diximus pprie. Aqua pterea tepida ab alto loco sup caput fundeda e. Dei de oleu ro. cu aceto uini capiti infundat: 7 lac muliebre desuper mulgeat. Narib et oleu de semibus cucurbite dulcis. 7 lac muliebre iniciatur. In balneuz quoqz se pe mitte dus e. 7 multu ex aqua tepida capiti e supinfundedu. Eger et oi q que odo rifera frigida sunt odoret. Sillanus.

Hic ponit cura p localia. Prio i generali remittedo se. Secudo i speciali. Scda ibi. Aqua preterea. De pria dicit q circa caput e attendedu cu hiis q dixim supra i cura frenes. Notadu q qzuis erut poneda mlta supradca: ut i p dicto. c. de cura frenes: tn sunt due ablutiones spales i mania. una e ablutio capitis cu decoctoe pedu 7 capitis motonis 7 seis papaueris albi. Scda e decocto folior sene: 7 aliqn cu seib 7 florib boragis 7 buglosse. Aqua preterea. Hic poit cura p localia i speciali: 7 diuiditur in qnqz ptes fm q qnqz localia ponit. partes patebunt. De pria dicit q aq tepidia dz ab alto sup caput fundi. Ro q: talis huectat. deide q: reuertitur ad frigiditate ifrigidat 7 sic phibet adustione materie. **Deinde oleu.** Hic poit aliud locale: dices q oleu ro. cu accto dz fundi supra caput. Ro q: e frigidu 7 stipticu: 7 sic phibet ascensu uapor ad caput 7 adustitoz i materia. Silr lac mliebris dz mulgeri supra caput Ro q: infrigidat 7 huectat. **Naribus.** Hic ponit cura per aliud locale dices q narib dz i mitti oleu d seie cucurbite oleu de salicib 7 lac muliebre. Ro q: alterat 7 phibet adustionem i materia: 7 ista debet fieri i principio uel i augmeto qn no e itentio resolutiois. **In balneu.** Hic ponit cura per aliud locale: dices q paties dz sepe poni i balneo: 7 dicit q dz in eo morari multu 7 fundi ex aqua tepida supra caput. Ro q: phibet adustione materie pter suaz humiditate 7 resoluere facit pp caliditate ul salte huectando disponit illa ad resolutom. **Eger et.** Hic ponit cura per aliud locale. dicens q eger et dz odorere fra. Ut sut rose sandali uiol. ro q: phibent adustom materie: 7 q: sut aromatica confortat caput: 7 p recepta recurratur supra. c. de cephalea 7 emigranea 7 ibi patet: Al.

Si aut cu mlia nihil faerit eor q diximus i principio. matrix vena dextri brachii apparieda erit: 7 sanguis cosideradus. 7 vt pdiximus faciendu erit 7 regendu. 7 post qz hoc regimen isirmo adhibuer is per aliquot dies qescere dimittedus e. deinde ut prius i cura eius incipiendum donec sanitatis fiat restitutio. Sillanus.

Hic poit cura mlie cerebral facte a melia naturali 7 diuiditur i duas. Prio poit cura p euacuatoz. 2o ondit qd fiedu sit i dieb qetis. scda ibi. **In dieb vo.** Pria i duas. Prio poit cura p flebotomia. 2o p medicina laxatiuaz. s. p pillas. 2a ibi. **Pille.** Pria i duas. Prio poit cura p flebotomia. 2o ondit circa qd dz ee itetio i cura melie. 2a ibi. **Studiu.** Pria i duas. Primo facit q dcm e. 2o ondit qd fiendu p flebotomia. 2a ibi. **Et postqz.** De pria dicit q cu in melia nihil fuerit ex his q dixim i principio dz fieri flebotoia d uena coi q dr uena matrix brachii. s. dxtri. 2o dicit q dz psiderari sanguis 7 dz fieri ut dictu e: quia si esset grossus debz dimitti egredi: si subtilis debet restringi. Notandu q qn non est aliquid eor que diximus uel que dicta sunt. signu est q puenit a melia naturali 7 cu hec no sit in capite nisi q: comunicatur ab

30

epate uel corde dꝫ fieri flebotomia totius cor
poris.s.de uena cõmuni que respicit partes su
periores ut caput ⁊ inferiores ut cor ⁊ epar.
Sed quare dꝫ fieri flebotomia est ꝓpter cõmix
tioné cũ sanguine: ⁊ sic euacuatur fex eius que
est materia peccans. Sed q̃re debet inspici sã
guis: q̄ si uideatur niger in magna quantitate
debet euacuari q̄ euacuatur materia peccans
sed si sit subtilis dꝫ restrĩgi q̄ nõ euacuatur ma
teria peccans. Et postq̃ȝ. Hic oñdit qd fiẽdũ
sit post flebotomiã dicens ꝙ post hoc regimen
dꝫ quiescere pluribꝰ diebꝰ. Rõ ut uirtus suble
uetur: deinde é ꝓcedendũ in cura donec fiat re
stitutio sanitatis. Ut ex hoc uellit ꝙ restitutio d̄
bet fieri paulatiue ⁊ sepe: q̄ materia melancoli
ca é difficilis euacuationis. **Almansor.**

**Studiũ vero totũ ꝙ erga mel̄icos est
obseruandũ é vt ĩpinguẽt ⁊ carnosi fiãt.
ex quo enĩ pĩgues ⁊ carnosi fuerit illico sa
ni erunt. Sillanus**

Ostendit circa quod cadit tota intentio me
dici in curatõe mel̄ie: ⁊ duo facit. Prio ꝑmittit
hoc: Secundo oñdit qbus ꝑficitur: Secunda
ibi. Cibi ãt. De pria dicit ꝙ tota ĩtentio medi
ci ĩ curando mel̄icos é ut fiant pĩgues ⁊ carnosi
q̄ si sic: cito fient sani. Rõ q̄ remota é mala cõ
plexio frigida ⁊ sicca que faciebat illam passio
nem. **Almansor.**

**Cibi aũt qui illis cõgruũt sũt caro arie
tina ⁊ edina ⁊ gallinacea ⁊ pãis de simu
la. oppirus aũt panis nullo mõ est eis cõ
gruꝰ. vinũ quoqȝ subtile ⁊ clarũ eis cõue
niens é. vinũ v̓o grossum nõ est eis bonũ
nec nigrũ. lac aũt recẽter ab uberibꝰ extra
ctũ dũ adhuc calet eis cõfert ⁊ pisces recẽ
tes ⁊ sisami de zuccaro facti ⁊ oleo amig
dal̄. Preterea audire cantilenas ⁊ gaude
re ⁊ habere ante se res delitõsas ⁊ dormi
re plurimũ cõfert eis. ecõtrario v̓o cogita
re ⁊ solus morari ⁊ vigillare max̄ie nocet
eis. Pillule que colerã nigrã expellunt de
qbus datur his q decoctioné sumere neq̃
unt ℞. epithi cretẽsis. ʒ. xx. polipadii aga
rici amboꝝ añ. ʒ. x. ell̄i nigri salis indi ãbo
rũ añ. ʒ. v. sticados. ʒ. vii. pulueris ierepi
gre. ʒ. xv. bibat ex eis. ʒ. iii. In diebus vero
qbus qescit eger dꝫ sumere electuariũ qd̄
vocat̃ lectificans: qd̄. ℞. mellisse cortic. ci
tri gariofil̄ gallie muscate masticis croci.
oriẽtalis nucis. mus. cinamomi cardamõi
nehere. misch. behẽa albi ⁊ rubei zedoa
rie dorouici. seis ozimi maioris seis ozimi
gariofil̄ omniũ añ. partes equales musci.
quantũ é decima pars. ʒ. vnius deinde su
matur Rebuli. xx. ⁊ embl̄. xxx. ⁊ terantur
⁊ in tribus libris aque coquant̃ donec ad
vnã redeant ⁊ colentur ĩ colatura v̓o ad
datur mell̄. ℔. i. deinde bulliant donec aq̄
cõsumpta sit. post ex hoc melle conficiãtur
spẽs predicte qd̄ tũ in pondere sit triplũ
ad species de quo cũ necesse fuerit ad ma
gnitudiné aueliane sumendũ é. hoc enim
medicamen letitiã ⁊ coloris pulchritudi
né ⁊ digõis bonitaté operatur ⁊ retardat
canos. **Sillanus.**

Hic onstendit qbus ꝑficiatur dicta ĩtentio:
⁊ diuiditur ĩ duas. Prio explicat cibũ ⁊ potũ
cõuenientes ⁊ discõuenientes. Secũdo explicat
quas alias res non naturales. Secũda ibi.
Preterea audire. De prima dicit ꝙ cibi cõue
nientes sunt caro edina arietia gallinacea ⁊ pa
nis de simula. i. farina frumenti. Rõ q̄ generat
sanguiné laudabilé ꝯtrariũ mel̄ie. Scd̄o di
cit ꝙ panis opirus. i. azimus nõ cõuenit. Rõ
q̄ é oppilãs: ⁊ sic generat malũ sanguiné mel̄i
cũ. Tertio dicit ꝙ uinũ clarũ ⁊ subtile erit ꝯ
ueniens: q̄ generat spũs subtiles claros cõtra
rios mel̄ie. Quarto dicit ꝙ uinũ grossũ non é
bonũ. Rõ q̄ é oppillatiuũ generãs meliam.
Quito dicit ꝙ lac recenter extractũ ab uberibꝰ
dũ é calidũ é bonũ. ratio q̄ bene nutrit ⁊ hũec
tat. Sexto dicit ꝙ pisces recentes: ⁊ sisamũ de
zuccaro factũ ⁊ oleũ amigdal̄ ꝯferunt. rõ quia
hũectãt. De ƀo dicit ꝙ audire cantilenas dul
ces ⁊ gaudere ⁊ habere res delitiosas ĩ sui pre
sentia ⁊ dormire ꝯferunt: rõ q̄ delectant aĩam
⁊ clarificant spũs ⁊ sõnus et hũectat. Secũdo
dicit ꝙ cogitare ⁊ solus morari ⁊ uigilare maxi
me nocent. rõ q̄ exsiccant corpus ⁊ sunt cã mul
tiplicatõis mel̄ie. Pilule. Ponit curã per me
dicinã: dicẽs ꝙ ñ ualẽtibꝰ sũere decoctioné ꝯue
niũt pill̄e euacuãtes mel̄iã q̃ sũt. ℞. epithi cre
tẽsis. ʒ. x. po lipo. agar. ãboꝝ añ. x. elci. nig. sal̄
idi. añ. ʒ. v. ãbo. sticados. ʒ. vi. ierepigre. ʒ. xvi
ꝯficiantur cũ ydromelle uel sirupo de fumoter
re ⁊ sumãtur ex eis. ʒ. iii. Notãdũ ꝙ añ exhibi
tioné illaꝝ pillulaꝝ cõpetunt sirupi digestiui di
cti in. c. de cura doloꝝ capitis a materia mel̄ica
ideo recurratur illuc. Secũdo notãdũ ꝙ post
euacuationé ꝯueniunt oĩa particularia dictã lo
co allegato supra. s. fricatõnes sacculi fomenta
tiones sternutoria ⁊ similia. Sed fomentatio ꝯ
ueniẽs é. ℞. folliculorũ sene thym epithi bora
gis buglosse añ. ℥. i. cõq̄ssetur ⁊ bulliãt duabꝰ

ebullitionib⁹ i quattuor.℔.aq̄ in qua decoctōe
caput fomentetur. Ad idē fiat fomētatio cū
succi boraginis succi fūiterre an̄.℔.ſ.⁊ iste sūt
speciales quas tenet Gerardus. Sternutori
um ꝯpetens est.℞.lactis mulieris .ʒ.i.elli ni
gri pulverizati.ʒ.i.misce ⁊ fiat iunctio in nares
⁊ si iste pulvis distēperetur cum succo sicle erit
fortissimū valde. Tertio notandū ꝙ loco pil
lulaꝝ pōt dari sirup⁹ laxativ⁹ talis.℞.floꝝ bo
ragis bugl.sticados arabici an̄.ʒ.v.polipodii
q̄rcini agarici el'ci an̄.ſ.ʒʒ.seis basilici an̄.ʒ.ii.
succi boragis succi fumiterre d̄puratoꝝ an̄.℥.i.
zuccari alb.℔.ſ.fiat sirupus parū coctus ⁊ pa
rum clarificatus usq3 ad q̄rt̄.iii.dissoluatur i si
rupo dyagridii.ʒ.ſ.⁊ sepe ponitur in medicis:
ad excitandū uirtutes aliaꝝ medicinarū succ⁹
rof.recentiū masticis an̄.℥.iii.Ad idē ualet tal'
colatura q̄ preseruat a passione mel'ica.℞.epi
thi q̄rt̄.ſ.anisi.ʒ.iii.ꝯquassa ⁊ ebulliant simul
una bullitione in.℔.i.seri caprini colentur ⁊ co
latura administretur. Ad idē.℞.mirabola
noꝝ indoꝝ.℥.i.ſ.pistentur ⁊ buliant cū.℥.i.pru
noꝝ siccoꝝ in.℥.viii.aque donec medietas aq̄
sit ꝯsumpta coletur ⁊ cū illa colatura adantur
māne.ʒ.x. **In diebus vero.** Hic ostēdit qd
sit fiendū i diebus quietis:dicens ꝙ in diebus
q̄etis d3 sumere d̄ electuario ꝙ dicitur letificās
℞.mellisse corticis citri gariofiloꝝ gallie mus.
masticis croci orientalis nucis musca.cinamōi
cardamōi:nebere.misch.been alb.⁊ ru.zedoa
rie doronici semis ozimi maioris se.ozimi.ga
riofil'.omniū an̄ partes equales musci quantū
ē decima pars.ʒ.unius deinde sumātur kebuli
xx.emblici.xxx.terantur ⁊ in.℔.tribus aque co
quantur donec ad unā redeant colentur ⁊ i co
latura mittatur mell'.℔.i.deinde buliat donec
aqua ꝯsumpta sit postea ex illo melle ꝯficiantur
spēs predicte ꝙ tamen i pondere sit triplum ad
spēs de quo cū necesse fuerit ad magnitudinez
auellane sumendū ē hoc enim medicamē letitiā
⁊ coloris pulchritudinē ⁊ digestionis bonitatez
operatur ⁊ retardat canos.Et ex his patet rō
q̄re hoc electuariū seu medicamē in passiōe me
lancolica ualet:q2 ꝯfortat cor ⁊ alterat malā ꝯ
pl'ionē:mel'icā ⁊ q2 euacuat fl'a qd̄ mlt'iplicatur
ꝑ indigestionē ꝑ mirabolanos kebulos ⁊ retar
dat canos:q2 canicies causatur a fl'ate putrido
i cerebro.Notandū ꝙ loco h⁹ ualet hoc.℞.
margaritaꝝ el'ctaꝝ.ʒ.i.iacinti smaragdi dorōi
ci romani been al.⁊ ru.an̄.ʒ.i.floꝝ cinamomi
galāge nucis mus.macis.ʒʒ.al.an̄.ʒ.ſ.gariof.
piperis longi.cubebe domestice ligni aloes sto
racis calamite semis basilice an̄.ʒ.ſ.croci.℈.i.
musci boni ābre el'cte an̄.℥.v.corticū citri ꝯditi
℥.ſ.ligritie rase.ʒ.iii.candi.uuaꝝ passarum sine
arill' bene pinguiu3 an̄.℥.iii.succi pomoꝝ dul
ciū bene deputati.℥.i.ꝯserue buglosse boragis
an̄.℥.ii.aq̄ rof.℥.i.⁊ zuccari al.℔.i.fiat el'ctaꝝ
Ad idē.℞.letitie gal'.dyaboraginati pliris
cū musco an̄.q̄rt̄.i.misce. Ad idē ualet dia
margariton. Ad idē diarodō lilii. Ad idē
℞.serici cōbusti.ʒ.i.coralloꝝ ru.℥.ſ.ossis de
corde cerui.ʒ.ii.margaritaꝝ n̄ ꝑforataꝝ.ʒ.iiii.
cardamōi.℥.ſ.prunorū mundatoꝝ ligritie rase
isopi an̄.℥.ii.nucis musc.gariofil'.piperis lōgi.
cubebe galāge an̄.ʒ.i.ſ.cinamomi.ʒ.v.macis.
croci.an̄.ʒ.i.zuccari.℔.vi.in hieme v̊o confici
antur cū mellis dispumati ⁊ cocti.℔.iii.⁊ addā
tur in fine mus.℈.ii.Sumatur mane ⁊ sero ad
quantitatē nucis magne:⁊ post bibatur aliqd
uini al.clari odoriferi :hoc eni electuariu3 ulti
mum ē ad confortandū cor ⁊ cerebrū ⁊ animaz
gaudē facit ⁊ uisū rectificat ⁊ īmouet malas co
gitatōes :rectificat memoriā ⁊ ꝯfortat digōm ⁊
multiplicat humiditatē naturalē i toto corpore
Notandū unū cōe i cura passionis mel'ie ꝙ
aptio hemorroidaꝝ ⁊ uenaꝝ ani uel ꝓuocatio
sanguinis menstruoꝝ ⁊ apertio saphene i pede
ꝓuocatio uaricū i cruribus maxie ualet i cura
Scđo ē notandū aliud cōe ⁊ ultimū remedi
um p⁹ exhibitionē medicinarū ꝙ fiat unū cau
teriū i pte anteriori:⁊ duo in cornib⁹ posteriori
b⁹ capitis ꝓfundādo usq3 ad os si est possibile
dimittatur loc⁹ apt⁹ usq3 ad dies.x.ꝑ posse ⁊ sic
gr̄a Dei finitur egritudo mel'ica. **De catarro.**

Otādū circa rubricā ꝙ catarr⁹ pōt su
mi tripliciter.s.ꝓ p̄e magis ꝓprie ⁊ cō
muniter.Cōiter sumitur ꝓ reumate:
seu ꝓ fluxu materie ab uno mēbro ad aliud vn̄
cūq3 fluat:⁊ iō dicitur reuma q̄si ruens materia
Sed ꝓprie sumitur ꝓ fluxu materie a capite ad
tria mēbra maxie ad nares ad fauces ⁊ ad pec
tus :l3 posset materia fluere ad neruos ad stōz
⁊ ad alia mēbra.magis ꝓprie sumitur ꝓ fluxu
materie a capite ad pect⁹ ⁊ sic distiguitur ꝯtra
corrizā ⁊ branchium quia i corriza fluit mate
ria ad nares.i brancho ad fauces i catarro ad
pect⁹.Ut p3 i his v̊sib⁹.si fluit ad pect⁹ dicatur
reuma catarr⁹.Ad fauces brāch⁹ ad nares esto
corrizā.Ad ꝓpositū hic sumitur scđo mō catar
rus. Scđo notādū ꝙ catarr⁹ pōt fieri tripli
citer.prio per uiā dissolutōis ut a sole ul' a bal
neo ul' ab aliis reb⁹ uaporosis assumpt̄ ut alle
is cepis sinapi pipere ex qbus dissoluitur mate

31

ria ĩ capite siue calida siue fr̃a. Secundo pōt
fieri per uiam cōpressionis uel cōstrictionis: si
cut a frigiditate extrinseca cōstringente ut patet
in spongia madefacta si cōstringatur fluit aq̃.
Tertio pōt ꝓuenire ex multitudĩe materie siue
sit colera siue flegma siue ab alio extrĩseco agē
te. Notandũ ꝙ apud medicũ tres sunt cause
catarri.s. primitiua antecedens ⁊ cõiuncta.
Primitiua sũt tres extrinsece dissoluentes uel
cōprimẽtes: sicut aer frigidus uel calidus. Bal
neũ morari ad solem: ⁊ uentus australis ul' bo
realis. Similiter cã primitiua sunt res nõ natu
rales multiplicantes materiã colericã uel fleg
maticaʒ. Causa añs sunt humores colerici uel
flegmatici ãteq̃ʒ causent fluxũ a cerebro ad na
res uel ad fauces uel ad pect⁹. Cã coniunta sũt
illi humores qñ fluunt a cerebro ad mẽbra ĩfe
riora. Dubitatur qui hoĩes facilius incurrũt ca
tarrũ: an hñtes caput calidum: an frigidum:
Dicendum ꝙ hñtes caput calidũ citi⁹ ĩcurrũt
catarrũ a causis extrinsecis q̃ʒ hñtes cap̃ fr̃um
qꝛ hñt porros amplos ⁊ latos: iõ frigiditas ex
trinseca citius penetrat: Secundo dicendũ ꝙ
habentes caput frigidum citius incurrũt catar
rum ⁊ facilius a causis intrinsecis. Ratio quia
in ipsis porri sunt clausi: ideo non faciliter pati
untur a causa extrinseca: sed a causis intrĩsecis:
quia habent cerebrũ debile: unde nutrimentuʒ
ueniens ad ipsum non debite cõuertitur ĩ sb̃aʒ
cerebri: ⁊ sic aggregant materiam per indigesti
onem: ideo non est mirum si mulieres uadunt
capite discopto magis q̃ʒ uiri qꝛ hñt cap̃ magis
frigidũ ⁊ sic poros hñt clausos. Almansor.

**Cum caput alicuis in egressiõe bal
nei discopertum fuerit aut post ex
ercitium aut post aliud fuerit que
aer frigidus ⁊ uentus septemtrionalis ⁊
accidit in naribus ⁊ palato pruritus ⁊ cõ
motio ⁊ sternutatio. Sillanus.**

Hic determinant de catarro: ⁊ diuiditur in
duas. Prĩo ponit signa. Secundo ponit curã
Secunda ibi. **Pannus tunc.** De prima dicit
ꝙ ubi caput alicuius in egressione balnei: aut
post exercitiũ uel aliud fuerit discopertuʒ: ⁊ fue
rit aer frigidus: ⁊ uentus septẽtrionalis. Si in
naribus ⁊ palato ueniãt prurit⁹ cõmotio ⁊ ster
nutatio significamus supra catarrũ. Notan
dum ꝙ cã partis est: qꝛ ĩ egressione balnei uel
post exercitiũ caput est rare factum ⁊ in poris
apertũ: unde aer frigidus uel uentus septẽtrio
nalis superueniens capiti discoperto caput pe
netrat ⁊ cõprimit humiditates cerebri: vñ disso
lute inducunt pruritũ cõmotionẽ ⁊ sternutatõʒ
⁊ per consequens inducũt catarrũ. Notãdo
scd̃o ꝙ signa catarri ex cã calida sunt subtilitas
⁊ acuitas materie catarri. iflãmatio rubedo in
facie: asperitas nariũ: caliditas vehemens pru
ritus: ⁊ amaritudo cuʒ acuitate que sentitur in
gula. Signa catarri ex materia frigida sunt
eminentia oculoꝝ cũ albedine ⁊ pallore faciei:
oppilatio nariũ uiscositas ⁊ grossities materie
fluentis in potentia attrahendi aerẽ per nasum
destructio olfactus reꝝ ⁊c. Ratio pʒ. Notan
dum tertio ꝙ signoꝝ catarri: quedã sunt signa
tantum: quedã sunt signa de cause. Signa
catarri calidi que sunt signa tantũ: sunt qꝛ cap̃
sentitur calidum ad tactum: quando humor de
scendit pungit ⁊ mordicat: facies uidetur rubea
uel citrina. Sed signa que sunt signa ⁊ cause
sũt cibi asumpti calidi ut cepe allea porri aer ca
lidus cõplexio calida etas iuuentutis. Signa
catarri frigidi que sunt signa tantuʒ: sunt qꝛ ca
put sentitur frigidũ ad tactum qñ humor dscen
dit nõ mordicat facies apparet palida ul' alba.
Signa que sũt signa ⁊ cause: sũt res extrinsece
multiplicantes flegma aquosũ uel res compri
mẽtes uel dissoluentes sicut multiplicatio aeris
frigidi: ꝯplexio frigida: etas fr̃a tp̃s fr̃uʒ. Al.

**Pannus tunc calefaciendus ẽ ⁊ capi
ti superponẽdus in quo tamdiu moretur
donec eger calorem in capitis profundita
te sentiat penetrasse. Deinde nigellam ⁊
hodorare incipiat. Et prouocetur sternu
tatio. ⁊ caueat ne supinus iaceat ⁊ come
dat parum. A uino quoqꝫ oĩo abstineat
Sillanus.**

Ponit curã catarri frigidi ubi materia fluit ad
pectus. Scd̃o ponit curã corrizie ubi materia
fluit ad nares. Secd̃a ibi. **Si quid.** Prima in
duas. Primo põit curã catarri ꝓuenientis siñ
febre. Scd̃o ponit curam catarri prouenientis
cũ febre. Scd̃a ibi. **Quod si neqꝫ.** Prima in
duas. Primo ponit curã qñ passio ẽ debilis.
Scd̃o qñ passio ẽ fortis. Aliter primo ponit cu
ram qñ passio fit a materia frigida. Scd̃o qñ
fit passio a materia calida. Scd̃a ibi. **Quod si
passio.** Prima in qnqꝫ. Primo ponit curaʒ p
appositionẽ pãni calidi supra caput. Scd̃o p
odoramentũ. Tertio per sternutationẽ. Quar
to p decubitum. Quinto per dietam partes pa
tebunt. De prima dicit ꝙ debet pãnus ca
lefieri ⁊ superponi capiti ⁊ debet tantum mora
ri ꝙ eger sẽtiat calitatẽ penetrare usqꝫ ad ꝓfun
ditatẽ capitis. Rõ qꝛ pãn⁹ p suã calitatẽ ꝯsũit

materiá ⁊ remouet malá cóplonem inductam i
cerebro. Notandú q loco illius panni cali
di possunt apponi alia calida resoluentia ut sac
culus de milio ⁊ sale torefactis: ⁊ pót poni sic in
forma. ℞. milii. ℥. iiii. salis cóis. ℥. ʃ. torefiant
sil' in sartagine uel in tegula ⁊ sacculus ad quan
titaté unius palmi fiat ⁊ applicetur capiti. ratio
patet. Ad idem ualet sal in magna q̃ntitate
ponatur in uino ⁊ pannꝰ fortiter cópressus póa
tur supra parté capitis ⁊ é experimentú arnoldi
de uilla noua. ró quia desiccat. Ad idé ualet
hoc unguentú. ℞. stercoris colúbini gúme ru.
agrest. castorei seis sinapis. añ. ʒ. i. euforbii. ʒ. ʃ
olei ru. quart. i. cere q sufficit puluerizanda pl
uerizétur ⁊ ꝯquassanda ꝯq̃ssentur misce oia ⁊ fi
at unguentú cursibile. ungatur ꝯmissura i par
te anteriori raso capite: ⁊ est ultie uirtutis ⁊ ual
de exiccatiuú. Ad idé ualet cauteriú factum
in occipitio primo: deinde i ꝯmissura si sit neces
sitas cauterii. ró pz. Ad idé ualet emplastrú
dictum in cura doloris capitis facti a matẽia fri
gida. Notandú q catarrus pót curari q̃ttu
or modis. Primo mó per diminutioné materie
ut per medicinã laxatiuã ⁊ resolutiuá. Secúdo
per alterantia ⁊ ingrossantia materiá quia in ca
tarro materia primo est fluida ⁊ liq̃da sicut in
principio. deinde incipit fieri grossa sicut in au
gumento. deinde uenit ad mediocritaté qñ ma
teria est bene digesta sicut in statu. Tertio cura
tur per ꝓhibentia illú fluxú ut si fluit ad pectꝰ
ꝑ gargarismata ꝓhibentia illum fluxú ⁊ ꝑ illas
pillulas sub ligua. Quarto curatur ꝑ distracti
oné materie ad parté contrariam. uerbi grã: si
materia fluit ad pectꝰ distrahatur materia ad
nares. uel per cauteriú factum in parte posteri
ori colli uel nuche. ⁊ si materia fluit ad nares di
strahatur ad os dando gargarismata trahentia
materiam ad os. Notádú q si catarrus fiat a
materia frigida dz fieri igrossatio ꝑ stiptica ca
lida. ut sút mastix olibanú nux cipressi ⁊ silia.

Ad idẽ ualet talis sirupꝰ. ℞. saluie foliorũ
cipssi añ. ℥. i. ligni aloes. ʒ. ii. mell' elci zuccari
al. añ. ℔. ʃ. fiat sirupꝰ usq3 ad q̃rt. v. Notan
dú q post ingrossatóm materie cópetit euacua
tio cú pillulis chochiis que fiunt. ℞. pulueris
pigre. ʒ. x. colog̃ntide. ʒ. iii. ⁊ tertiá scamonee. ʒ.
ii. ʃ. turbith sticados añ. ʒ. v. fiant pillule grosse
ad modú cicerú cú succo rute uel apii dos é. ʒ.
ii. Notandú q̃nto q post purgatióm conuenit
dare patientibꝰ cú uadunt dormitú de confetó
ne. 33. que fit sic. ℞. 33. múdati nó cocti neq3 ex
siccati. ℥. iiii. liq̃ritie múde. ℥. ʃ. mellegete gario
filis nucis musc. cardomomi añ. ʒ. ii. fiat electua
riú cuz sirupo facto ex ℔. iiii. zuccari sumatur
ad modú nucis: ⁊ post bibatur uinú limphatú
cal'm actu ⁊ pót súmi ď máe. Similiter hoc elec
tuariú ét administratur in itroitu lecti. ⁊ sic ad
ministratú impedit cursum catarri ⁊ lenit aspe
ritaté ⁊ facit totú qd de fl'ate i gutture ꝯtinetur
pectore expellere atq3 exspuere sine difficultate
⁊ supfluú digitú hora expulsionis inuenitur h
ét electuariú confortat stóm ⁊ oia mébra nutri
tiua. Ut ait Guilielmus placentinꝰ. **Deinde
nigellam.** Hic ponit curá ꝑ odoraméta dicés
q dz odorare nigellam. Ratio q: cú sit calida
⁊ stiptica hz cósumare materiá ⁊ alterare ma
lá cóplexionem cerebri ⁊ ꝓhibere fluxú: ⁊ debz
torefieri ⁊ poni in páno lineo i forma rotunda
q: uirtus magis attinget. Notandú q ꝑ ni
gellá itelligit oia alia cal'a ⁊ stiptica. Ut é pl'uis
talis. ℞. ligni oloes storacis calamite añ. ʒ. i.
ʃ. nucis mus. nucis cipressi olibái costi sicci añ. ʒ
i. nigelle torrefacte. ʒ. ii. fiat puluis ⁊ ponatur i
páno lineo i forma rotunda. Ad idé i forma ro
tunda perforetur pomum ⁊ impleatur puluere
olibani ⁊ coquatur pomum sub cineribus cal'is
⁊ odoretur: ⁊ illo cómuniter utebatur Gerardꝰ

Ad idem. ℞. laudami purissimi ꝑrassii añ.
ʒ. i. ligni aloes storacis calamite añ. ℥. i. ʃ. nucis
mus. nucis cipressi plibani gariofil' añ. ʒ. i. am
bre electe. ʒ. ʃ. puluerizenda puluerizentur ⁊ sb
tiliter misce oia cú aqua ros. malaxando ⁊ fiat
pomú perforatuz in medio: ut possit penetrare
corda per quá teneatur. Sed pro pauperibus
fiat sine ambra. **Et prouocetur.** Hic ponit
curam per sternutationé dicens q i cura catar
ri. s. in materia frigida debet prouocari sternu
tatio. Ratio quia per eam euacuatur materia
catarri ⁊ diuertitur q non fluat ad pectus. S3
que prouocant sternutationem dicta sút supra
sepe. Ut eleborus albus piretrú euforbium: ⁊
sic de aliis. Dubitatur utrum sternutatio có
ueniat in cura catarri: probatur quod non per
Galienum secundo pronosticorum illa parte.
sternutatio uero cum reumate. Secundo per
Auic. quinta tertii. c. de catarro ⁊ corrixia ubi
dicit q est nociua. In oppositum est Ras.

Dicendum primo q sternutatio ante dige
stionem materie ⁊ euacuationem in catarro est
nociua hanc ꝓbant auctoritates alegate ⁊ ró
q: cuz sternutatio sit fortis. motus attrahit ma
teriá aliunde ⁊ ponit materiá i fluxu. Scdo no
tandú q sternutatio post digestioné materie ⁊
euacuationé é laudabil'. h itelligit ras. ꝓbatur

per rationem: quia significat uirtutꝭ expellētis
fortitudinem ⁊ non malitiā materie. **Et caue
at.** Hic ponit curā per decubitū: dicens ꝙ pati
ens debet cauere ne iaceat supinus. Ratio qa
timetur ne per illū decubitū materia fluat ad
partem posteriorē: ⁊ tunc cū pars posterior nō
habeat manifestos meatus per quos materia
fluat: timetur ne fluat ad neruos ⁊ faciat spas
mum ⁊ paralisiim: ⁊ ideo patiens dꝫ stare cum
capite alto: ut precipitur in actu practico ꝓpter
causā dictā: ⁊ quia timetur suffocatio ⁊c. **Et co
medat.** Hic ponit curā per dietā dicens ꝙ pa
tiens debet comedere parum. Ratio qꝛ natu
ra non habens materiā cibalē i quā agat agit
in materiā catari ⁊ ꝯsumit eā. Secundo dicit ꝙ
dꝫ abstinere omnino a uino. ratio qꝛ ē uaporo
sū ⁊ cū sit tale calidū dissoluit materiā ⁊ auget
catarruꝫ. Notandum ꝙ in cura catarri con
uenit abstinere a somno diurno. precipue post
cibū: qꝛ maior fit euaporatio ⁊ retentio in capi
te. Similiter non debet stare ad solem nec ad
ignē. Ratio quia dissoluendo materiā augent
catarrū. Similiter bonū ē abstiere a uocifera
tione ⁊ clamore ⁊ a loquella ꝭm possibilitatem
Secundo notandū ꝙ cibi cōuenientes sūt car
nes edine arietine castratorum aialium ⁊ pullo
rum ⁊ auium degentium in arboribus ⁊ pratis
⁊ non in aquis assando ⁊ aliquādo elixando ⁊
uitelli ouoruꝫ. Sed potus conueniens est ut bi
bat aquā mellꝭ uel aquā decoctōis liqritie isopi
⁊ mellis: uel uinū albū debile in quo ponatur
duplū eius de aqua. Tertio notanduꝫ ꝙ post
cibū ⁊ potū debet accipere aliquid claudēs os
stomachi ꝓhibens ascensū uaporuꝫ: ut corian
dros preparatos panem assatum ⁊ citoniū co
ctum. **Almansor.**

**Quod si passio ex appositione panni
cal'i alleuiata non fuerit nec minuitur per
ipsam fiat flobotomia ex cephalica. ⁊ sol
uatur natura ex rebus que non exaspant
sicut hec decoctio quā in potu sumere de
bet qui tussim patitur ⁊ in pectore asperi
tatem habet ⁊ indiget uentris solutōne q̃
℞. iuiubas. xx. sebesten. xxx. passularum
enucleatarum. ʒ. x. uiolarum siccarum. ʒ.
iiii. radicis liquiricie farcte. ʒ. v. ficꝰ citrias
x. coquantur in tribus libris aque donec
redeant ad. i. ⁊ colentur ⁊ in colatura dis
soluantur cassie. ʒ. vi. terreniabi. ʒ. x. Sil.**

Hic ponit curā quando passio est fortis. Uel
aliter potest dici ꝙ ponit curā quando catarrꝰ
fit a materia calida: ⁊ diuiditur in duas. Prio
ponit curā per flobotomiā. Secūdo per medi
cinā. Secunda ibi. **Et solnatur.** De prima di
cit ꝙ si passio non fuerit alleuiata uel diminuta
s. catarrus per appositionē panni calidi dꝫ fieri
flobotomia de uena saphena: aliqui dicunt qꝺ
de uena cephalica. Dubitatur utrum floboto
mia sit conueniens in cura catarri: arguitur qꝺ
non qꝛ est causa fluxus humoꝝ ergo ⁊c. Ante
cedens pꝫ quarta ꝑmi. c. de flobotomia: ⁊ con
sequentia satis patet. Jn oppositum est Ras.
Dicendū primo qꝺ si catarrus fit a cā fꝛa quan
tum est ex parte materie nullo modo conuenit
flobotomia. ratio qꝛ per talem flobotomiā ifri
gidatur caput ⁊ augetur materia catarri. Se
cūdo dicendo qꝺ si i casu premisso fit repletio
in toto ⁊ materia catarri sit digesta unde nō sit
timor de fluxu humorum cōuenit flobotomia
rōne repletōnis. Rō patet aliter non: qꝛ auge
tur fluxus. Tertio dicendū qꝺ si catarrus fiat a
materia calida ⁊ fluat ab itus ad extra. s. ad na
res uel ad os: uel liguam uel ad palatum non
cōpetit flobotomia. rō qꝛ distrahit materiam
⁊ trahit eam ad itra quod non est fiendum.
Quarto notandum qꝺ si catarrus fiat a mate
ria cal'a ⁊ materia fluit ab extra ad itus sic cō
petit flobotomia: qꝛ per illam fit euacuatio illi
us materie. ⁊ hoc sequitur magis iuuamentuꝫ
q̃ꝫ nocumentum ⁊ sic patet dubiū. Notanduꝫ
ꝙ anteq̃ꝫ fiat flobotomia ꝓhibeatur fluxus vn̄
dicit Gordonius ꝙ catorrosi flobotomati ꝑpe
tuo fiunt rauci: ⁊ fluxus prohibetur ꝑ gargaris
ma ⁊ ꝑ pillulas retentas in ore ⁊ est secretum i
cura catarri. Gargarisma ꝓhibens fluxuꝫ ma
terie calide. ℞. sirupi de papauere diamoron.
an̄. ℥. iii. aque rosꝭ. aque dulcis an̄. quartꝭ. i. vini
maligranati. ℥. ß. misce gargarizetur actu cal'm
Pillule ꝓhibentes fluxum materie calide pn̄t
eē tales. ℞. seminis papaueris al. seis portula
ce seminis lactuce an̄. ʒ. i. diadragaganti gūmi
arabici croci an̄. ʒ. ß. ⁊ ponitur crocus ad refre
nandū opium amidi penidi an̄. ʒ. i. opii. g̃. v.
pulueri zenda pulueri zentur misce oia simꝭ cuꝫ
sirupo de papauere fiāt pillule cōpresse ad quā
titatē parue fabe retineantur in ore. Ad ideꝫ
℞. gūmi arabici diadragaganti amidi: succi li
quiricie seminis citonioruꝫ psilii an̄ fiant pillule
grosse ad modum fabe cū mucilagine psilii et
teneantur sub lingua. Ad idem. ℞. succi liquiri
tie zuccari al. an̄. ʒ. x. amili draganti amigdala
rum dultiū excorticataꝝ an̄. ʒ. v. fiant pillꝭe gros
se cū mucilagine seminis citonioꝝ ⁊ teneantur
sub lingua. inspissant enim catarrum acutum:

⁊ leniunt asperitatem catarri ⁊ dicunt pillule bi
chichic ⁊c̄. **Et soluatur.** Ponit curá per medi
cinam dicens ꝙ dꝫ solui uenter cũ rebꝰ nõ exas
perantibus. qualis ẽ hec decoctio. ℞. iuiubas
xx. sebesten. xxx. passularũ enucleataꝝ. ʒ. x. uio
laꝝ siccaꝝ. ʒ. iiii. radicis liquiritie fracte. ʒ. v. fi
cus citrinas. x. coquantur in tribus. ℔. aq̃ do
nec redeat ad uná coletur ⁊ i colaturá dissoluá
tur cassie fist. ʒ. xii. tereniabin. ʒ. x. Notandum
ꝙ medicina Raſ ualet i catarro causato a ma
teria calida: quia illa ponit in recepta euacuát
colerá. Secundo notandũ ꝙ talis medicina po
test approximari sine digestione precedente: q2
est medicina lenitiua ⁊ euacuat coleram ⁊ r̄mo
uet tussim ⁊ asperitatem. Ratione lenitatis ⁊ a
plationis. Tertio notandũ ꝙ si detur medicina
fortis debet precedere sirupus digestiuus talis
℞. ordei mundi. ℥. iiii. seminis papaueris alb.
quartꝫ. i. iuiubaꝝ sebesten añ. numero. xx. floꝝ
uiolaꝝ floꝝ nenufaꝝ roſ. ru. añ. ℥. i. zuccari al.
q̃r. iii. fiat sirupus clarificatꝰ usqꝫ ad. ℔. i. dtur
cũ aqua decoctionis ordei. Ad idẽ. ℞. sirupi d
papauere. ℔. i. ⁊ detur cum aqua decoctionis
ordei. vel cũ aqua decoctõis iuiubarũ uel sebe
sten Medicina laxatiua post siripum est hec.
℞. florũ uiolarũ nenufarũ añ. ℥. i. prunorum
damascenorũ. x. tamarindorũ electorum. ℥. i. fi
at decoctio in aq̃ in qua dissoluãtur cassiefist.
munde bene piguis. ℥. i. electuarii d succo roſ.
vel diaprunus. ʒ. iii. fiat colatura usqꝫ ad q̃rtꝫ.
v. detur in aurora. Ad idem. ℞. decoctõnis
prunoꝝ. ℥. iiii. ⁊ sit feruens. deinde addãtur reu
barbari. ʒ. ii. dimittantur simul per horas. xii.
adminus postea coletur ⁊ in illa colatura addã
tur sirupi roſ. ℥. ii. ⁊ detur in aurora frigidum i
estate: tepidũ vͦo in hyeme. Ad idez i forma
pillˀarũ. ℞. mirobolanoꝝ citrinoruz absqꝫ nu
cleis. ℥. ss: reubarbari. ℥. i. aloes scamonee añ.
ʒ. v. masticis liqricie. añ. ℈. ss. fiant pillˀe cũ mu
cilagine psilii vel seis citoniorum doſ sit ʒ. i.

Ad idem. ℞. electuariũ de succo rosaꝝ. ℥. ss.
malaxetur cum modico sirupi nenufaꝝ fiant pil
lule ad quãtitatem cicerum admistrentur in in
troitu lecti. Notanduz q̃rto ꝙ post euacua
tioné non põt exhiberi hoc electuariũ. ℞. dia
papaueris diadragaganti frigidi añ. q̃rtꝫ. i. zuc
cari roſ. ℥. ii. penidiaꝝ cãdi subtiliter pulueriza
ti añ. ℥. i. ⁊ si ẽ dedicatus addantur folioꝝ auri
xx. misce. Ad idem. ℞. diadragagãti frigidi
℥. ss. pulueris diapapaueris. ʒ. ii. conserue roſ.
ru. nenufaꝝ añ. ʒ. iii. cãdi. ℥. i. penidii q̃rtꝫ. i. aq̃
roſ. elcẽ quartꝫ. i. zuccari albi quar. iii. fiat ele
ctuariũ. Ad idez diapapauer. Ad idẽ dia
radõ. Ad idez loch de papauere. Notan
duz quinto ꝙ odorare sepe aquá roſ. et attra
here per nares ẽ ualde vtile. Ad idẽ odorare
cãphoram sepe. Ad idem odorare sandalos
vel roſ. Ad idem valet pomuz vel puluis di
ctus in cura dolorũ capitis a materia calida: iõ
recurratur illuc. Ad idem valet vaporatio fa
cta ex aq̃ decoctionis violˀ. fic. ⁊ ordei excortic. ⁊
papa. al. ⁊ camomille recipiat in os sine instrõ.
uel cum instrõ quod dicitur embotũ. ⁊ ẽ instrm̃
quo ponitur uinũ in uegete post uaporationez
ungãtur nares cũ oleo uiolˀ. Notandũ sexto
ꝙ in catarro a calida causa dieta ꝯpetens ẽ ꝙ
comedat succũ ordei farri auene ⁊ spelte in quo
succo semper ponãtur penedii. Comedat ciba
ria facta ex spinachiis cucurbitis atriplicibus
portulacis ⁊ silˀibus ⁊ si eẽt debilis comedat car
nes hedoꝝ ⁊ pullorũ alteratas ⁊ cõditas cũ por
tulacis cucurbitis ⁊ silˀibus. Si uero sit cuz fe.
siue sine fe. Potus conueniens ẽ aqua ordei ulˀ
aque decoctõnis liqricie uel zuccari. uel aqua
frigida in qua sit sirupus roſ. uel uiolˀ. ulˀ uinũ
albũ debile agresta cũ duplo eius de aqua frã.

In cura catarri de materia frigida. Garga
risma prohibens fluxum materie frigide. ℞.
myrrhe olibani añ. ℥. i. nucis cipssi nucismusc.
masticis añ. ℥. ss. fiat puluis ⁊ buliat in. ℔. i. ui
ni stiptici donec redeat ad. ℔. ss. coletur ⁊ cũ co
latura fiat gargarisma. Pillˀe ad idem. ℞.
masticis nucis mus. nucis cipressi añ. ʒ. ss. stora
cis calamite olibani añ. ʒ. i. ss. carniũ uuaꝝ pas
sarũ bene piguiũ penidiarũ añ. ʒ. ii. pulueriză
da puluerizẽtur ⁊ ꝯquassanda conqnassentur:
misce oia cũ idromelle fiãt pillˀe cõpresse ad quã
titaté fabe teneãtur sub ligua de die ⁊ de nocte.

Sirupus digestiuus. ℞. radicũ ireos radi
cis enule cãpane añ. ℥. i. isopi capilloꝝ uen. recẽ
tiũ añ. M. i. liquiricie rase uuarũ passarũ sine
arillis añ. ℥. ss. ista ualent pro pectore ⁊ capite.

Ad prohibendũ fluxũ catarri. ℞. masticis
olibani añ. q̃rtꝫ. ss. nucis mus. nucis cipſ. añ. ℥. ss.
melˀ roſ. q̃rtꝫ. iii. fiat sirupus clarificatꝰ usqꝫ ad
℔. i. admistretur cum decoctõne liquiricie.
Medicina laxatiua. ℞. pillˀaꝝ cochiaꝝ. ʒ. i. ss.
agarici electi pulpe coloquitide añ. ℈. ss. salisgẽ
me. g̃. iii. puluerizanda puluerizẽtur subtiliter
misce oia malaxando cum idromelle facto cuz
aqua saluie fiant pillule ad quãtitaté cicerũ. dẽ
tur in introitu lecti. Electuariũ. ℞. interiorum
cinamomi. ʒ. i. ss. nucis mus. storacis calamite
añ. ℥. i. zuccari albi. ℔. i. fiat electuariuz. Ad

idē pro paupibus transglutiātur tria grana olibani.i.thuris al. omni nocte ꝛ ualet loco electuarii. Almansor.

Q̄d si neq̄ flebotōia profuerit neq̄ ventris solutio ꝛ idē ad pectus descenderit ꝛ superuenerint tussis ꝛ febris illico fiat flobotomia. ꝛ patiens a carne abstineat ꝛ vino ꝛ in potu sumat aquā ordei ꝛ muraba violatū q̄zdiu calor fixus pseuerauerit ꝛ tussis fuerit sicca ꝛ aspa. Silla.

Hic ponit curam catarri puenientis cū febre ꝛ tussi: ꝛ diuiditur i duas. Prio ponit curā per flobotomiā. Secūdo p dietā. ibi secunda. Et patiens. De pria dicit q̄ si in cura catarri a materia calida n̄ profuerit flobotomia nec solutio uētris ꝛ materia fluat ad pectus unde sequatur febris ꝛ tussis statim debet fieri flobotomia. Notādū q̄ pōt eē q̄ flobotomia ꝛ solutio nō pfuerint ppter multitudinem materie ꝛ sed q̄a superuenit febris signum ē q̄ materia est intra uenas ꝛ tunc cōpetit flobotomia ꝛ hoc qñ materia ē a colera. Notādū secūdo q̄ i isto casu ubi materia fluit ad pectus ꝛ faciat mala accidentia. utile ē distrahere materiam ad ptez oppositā uersus nasum: ꝛ ponit fieri sic. ℞ armoniaci. ʒ.ß. piretri sbtiliter puluerizati. ʒ.ii. misce malaxando cū succo radicis ireos fiat massa ꝛ cū gladio accipe modicū ꝛ calefac ad ignē et pone in narē ꝛ uidebis aquā cōtinue distillare ꝛ ē spāle remediū. Ad idē. ℞. succi radicis ireos facta residētia q̄rt̄ i. piretri staphisargie aā. ʒ.i. misce bōbacē in predictis infusioibus ꝛ ponatur in naribus tepidū ꝛc. Et patiens.

Ponit curā per dietā dicens q̄ patiens d3 abstinere a carnib⁹ ꝛ uino. rō q: augent febrez Secūdo dicit q̄ in potu debet sumere aquā ordei ꝛ muraba. i. sirupū uiol. donec calor ifixus pseuerauerit ꝛ tussis fuerit sicca ꝛ aspa. rō q: infrigidat ꝛ hūectat ꝛ lenit pectus ꝛ ingrossat materiā ꝛ hoc in materia calida: sed in materia frigida d3 bulliri cū aqua ordei aliq̄d capil. uene. uel isopi ul' liquiritie. Notandū q̄ tussis pōt eē sicca dupl'r. Primo ppter malā cōplonē pectoris sine materia ut in ethica. Secundo ratōe indigestionis materie quia ē liquida sbtilis nō obediens uirtuti expulsiue. Ad ppositū est secūdo mō ꝛ iō oportet q̄ reducatur ad mediocritatem cū sirupo uiolarum. uel aqua ordei ꝛ sic de aliis silibus. Almansor

Sed postq̄z calor q̄euerit ꝛ tussis mollificata fuerit ꝛ screare inceperit huius decoctio quaq̄z die cū muraba violato danda ē donec pectus mūdificetur ꝛ tussis sedetur ꝛ uox clara reddatur. Que. ℞. fic⁹ citrinas. v. iuiubas. x. sebesten. xx. passularū alban enucleatarū. ʒ. x. liquiricie excorticate. ʒ. v. coquātur usq̄z ad dissolutionez ꝛ colenꝫ deide ꝛ denꝫ oi die. ʒ. iii. cū muraba uiolato. ʒ. v. Si vero tussis inueterauerit diuq̄z permanserit tūc oñdemus qualiter curanda sit cum de tussis cura tractabimus. Sillanus.

Ponit curam catarri pueniētis cū fe. ꝛ tussi qñ est in processu plus: cuius signū ē q: calor remittitur ꝛ tussis apparꝫ hūida quia icipit screare. ꝛ diuiditur in duas. Primo facit hoc. Secundo ponit curā tussis qñ īueterata ē ñ sic rēittit nos alibi. Secūda ibi. Si uero tussis.

De pria dicit q̄ postq̄z calor remissus fuerit ꝛ tussis mollificata. quia iam incipit screare d3 dari oi die donec pectus mūdificetur ꝛ tussis sedetur ꝛ uox clara redeat decoctio que talis est. ℞. ficus citrinas. v. iuiubas. x. sebesten. xx. passularū albaꝝ enucleatarū. ʒ. x. liquiritie excorticate. ʒ. v. coquātur usq̄z ad dissolutiōꝫ. dētur ex hac colatura omni die. ℥. iii. in potu cū muraba i. sirup. uiol'. ʒ. v. Nota q̄ iste potus ꝓuēit qñ materia ē calida ꝛ qñ est facta digestio. rō patꝫ Si tñ materia eēt frigida indigesta debet addi in illa decoctōe capill'. uene. ꝛ uue passe ꝛ nō sirupus uiolaꝝ. Si uero tussis. Hic pro cura tussis remittit nos ꝛ dicit q̄ si tussis fuerit antiqua ꝛ diu permanens oñdemus qualiter sit curanda cum tractabimus de cura tussis. Notandū q̄ tussis pōt dici antiqua duobus mōis: Uno modo rōne multitudinis materie fluēt cōtinue. Secundo rōne debilitatis mēbri mandātis ut cerebri ꝛ recipientis ut pectoris. Al.

Quod si coriza in naribus diu perseuerauerit ꝛ non fuerit calor: fluxus erit restringēd⁹ suffumigādo nar's p traiectoriū. Sil.

Hic ponit curā corize qñ fluxus materie est a cerebro ad nares. ꝛ diuiditur in duas. Prio i generali qñ fit a materia frigida. Secūdo in spāli. secunda ibi. Q̄d si q̄d p nares. De pma dicit q̄ si fluxus i naribus perseuerauerit ꝛ nō fuerit calor: flux⁹ restrigēdus ē suffumigando nares per traiectoriū. rō ē quia per illam phibetur fluxus materie ad nares ideo q: igrossant materam facientez corizam. Almā.

Et si q̄d per nares efluit subtile ac acutū ꝛ citrinū fuerit suffumigatio fiat ex sulfure prius in aceto infuso ꝛ postea siccato aut ex fabis aut ordeo excorticat̄ ꝛ i aceto

prius infusis ⁊ postea siccatis: aut ex zuccaro albo ⁊ sandalo albo. Q̄ð si neq̄ȝ calor neq̄ȝ rubor in facie fuerit suffumigatio fiat ex costo. aut thure hec nāq̄ȝ suffumigatio fluxum restringit. Sillanus.

Hic ponit curā corrize i speciali: ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curā q̄n materia fluens ē calida. Secundo quando materia fluens est frigida. Secunda ibi. Q̄ð si neq̄ȝ. De pria dicit ꝙ si illð quod fluit p nares sit subtile acutū citrinū debet fieri suffumigatio ex sulphure prius infuso in aceto deinde exiccato: aut ex fabis aut ordeo exsiccicatis ⁊ excorticatis ⁊ pri⁹ i aceto infusis: aut ex sandalis al. ⁊ zuccaro. Rō partis ē: q꞉ q̄ȝuis sulphur sit calidū: tn̄ acqrit frigiditatē ratōe infusiōis in aceto ⁊ cū sulphur de se sit sic cū ⁊ ratione aceti quod est siccum ingrossat materiā ⁊ ꝓhibet fluxuȝ humoꝝ ad nares. Similiter fabe ⁊ ordeū excorticate ualēt q̄n ponuntur in aceto q꞉ acquirunt maiorē frigiditatē ⁊ exsiccationē unde ꝓhibent fluxū: quia igrossant materiā: Similiter pōt dici ð zuccaro albo: ⁊ de sandalis: quia infrigidando igrossāt iō ⁊c. Notandū ꝙ si p illas suffumigatiōes Raſ intelligit sibi similes. Una ē ut sulphur grossū buliat in aceto rubeo ⁊ fum⁹ accipiatur per nares. Ad idē ualet suffumigatio aceti p̄dicti positi supra lapidē ardentem. Ad idem ualet suffumigatio facta ex decoctōe ordei nēufarū ⁊ seminis papaueris albi ⁊c. Q̄ð si neq̄ȝ

Hic ponit curā corrize in speciali q̄n fit a materia frigida dicens ꝙ si nec calor nec rubedo fuerit in facie: fiat suffumigatio ex costo et thure. Et uerificatur sp q꞉ talis restringit fluxū. Rō q꞉ ista sunt calida ⁊ stiptica ⁊ materia fluens est frigida ideo ⁊c. Notandū ꝙ per istā suffūigationē intelligit alias similes. Ut ē suffumigatio nigelle posite super tegulā ardentē aspersaȝ uino ⁊ fumus recipiatur. Ad idē suffumigatō facta cum ligno aloes olibano ⁊ mastice positis supra prunas ita ꝙ puluerizentur oīa excepto olibano ⁊ patiens recipit fumū illū. Ad idē suffumigatio unius illoꝝ tantū. Ad catarruȝ ðscendentē a capite. lutū armenum puluerizatū ⁊ sumptū serapino de luto ar. ⁊ Auicē. pria tertii de asmate. Ad idē decoctio facta ex isopo ruta ficub⁹ ⁊ melle si sumatur in potu serapio. c de [illegible]opo. Ad catarrū frigidū ualet olibanuȝ ⁊ myrrha. Si eni teneatur i ore abscindit fluxū mesue i practica. c de catarro. Ad idē ualet spica retenta in ore ⁊ ē uerificatū ⁊ iuuamentuȝ sublime ⁊ precipue spica nardi. Ad fluxum catarri calī ualet suffumigatio facta ex sādaraca triturata ⁊ posito puluere in aceto ⁊ postea superfundetur lapidi ardenti mesue i practica

De optalmia. Sillanus.

Otandū circa rubricā in generali. Primo quid sit oculus. nā sic diffinitur. Oculus ē mēbrū instrumentale uisus. Cuius cōplexio ē hūida in forma rotunda cum quadā planitie ex septē tunicis cum tribus hūoribus perfecte cōpositum. Dr̄ mēbrū īstrumentale q꞉ ē uidēdi īstrumentū. Dicitur cuius cōplo ē hūida q꞉ i eo dominatur aqua: ut patet per aristote. in li. de sensu ⁊ sensato. ⁊ rōne patet quia terra non ē a dominio in oculo cum sit grossa. multuȝ enim ipediret transitū specierū uisibilium. nec ignis nec aer ꝓpter eoꝝ subtilitatē quia de facili resoluerentur. Dicitur cuius forma est rotūda. rō patȝ ut eēt magis remotus ab extrinsecis alterātib⁹ s. nocumentis. Nam forma rotūda est remotior a lesione quacunq̄ȝ alia forma ut auero. secūdo colliget. c. de iuuamentis uirtutis motiue. unð ponitur ꝙ antiquitus castellani faciebant turres rotūdas. ut machina non posset eis nocere Dicitur cum quadā planicie non ex toto rotunda ut spēs uisibiliū in oculis hēant fixionē: q꞉ si eēt ex tota rotūda spēs uisibiliū non magis haberent fixionē in āgulis q̄ȝ in alio loco. Dicitur ex septem tunicis ⁊ tribus hūoribus perfcē cōpositū. et per hoc differt ab oculo cui deficit aliquod illoꝝ ut ē in oculo ceci: quia lȝ ꝯponatur ex his non tn̄ perfecte ut oculus sani. Secundo notandū de anathomia oculi. Circa qð sciēdum ꝙ in oculo sunt septē tunice ⁊ tres hūores situati inter predictas tunicas. Prima uersus intra ē selirotica q̄ ꝯiungitur imediate cum craneo ⁊ oritur a dura matrice. Secunda post illā est secundina ⁊ oritur a pāniculo subtili dcō pia matre. Tertia p⁹ illā ē rethina ⁊ dr̄ talis q꞉ facta ad modū rethe porosa ut possit melius extendi ad retinendum humorē uitreū ⁊ cristallinum ⁊ oritur a rethe mirabili cerbri. Quarta ē aranea sbtilis ⁊ diafana ut nō ipediatur receptio spērū uisibiliū in humore cristallino ⁊ oritur a rethia ⁊ sunt sicut due scutelle q̄n coniunguntur scðm orificia includentes in se duos humores. s. uitreum ⁊ cristallinū. Quinta est uuea ⁊ est perforata et eius foramen dicitur pupilla ⁊ est perforata ut spēs uisibiles melius possint ꝑtransire ad hūorem cristallinū ⁊ oritur a tunica secundina ⁊ recte se habent sicut due scutelle magne que coniungūtur ⁊ includunt oīa illa predicta. Sex

ta est cornea per quam uidemus et ē ad modū
cornu lucidi ⁊ oritur a tunica sclirotica ⁊ silr̄ ha
bent se sicut due scutelle ſm orificia cōiuncte et
exēplum est de hoc sicut de cepe in quo ē tunica
superior maior ⁊ cōsequētur alia mior ⁊ sic quo
usqȝ ueniatur ad fundū. Septima ⁊ ultima est
ꝯiūctiua que ē alba ⁊ dicitur ꝯiunctiua :q꞉ ꝯiun
git totū oculū ab ante cum partibus faciei ⁊ ori
tur a pāniculo īmediate cooperiente craneum:
⁊ dicitur zinziamater. Hūores aūt sunt tres .s.
albugineus uitreus ⁊ cristallinus. situs eorum
est. Nam inter tunicā rethinā ⁊ araneā contine
tur humor uitreus ⁊ cristallinus est in medio si
cut rex in medio regni ⁊ cor in medio corpis ⁊ ē
principaliter pars oculi: quia plus habet de di
spositionibus requisitis ad uisionē: quia pl⁹ cla
rus ⁊ diafan⁹. Post cristallinū uersus cerebrū
est uitreus quia nutritur ex eo quia uitre⁹ ꝑpa
rat nutrimētū cristallino. Mō inter nutritōes
⁊ nutritū non debet cadere mediuȝ. Albugi
neus uero hūor continetur inter tunicā araneā
⁊ uueam: quia est superfluitas cristallini: ⁊ pro
pter hoc fuit posita uuea tunica in medio ut nō
lederet hūorem cristallinū. Tertio notanduȝ
circa rubricā ꝙ obtalmia ē apostematio siue in
flatio que accidit in palpebris oculoꝝ uel i ocul'
donec aliqñ cooperit totam rutunditatē oculi.
Aliter diffinitur sic obtalmia est apā calidū cō
iunctiue oculi naturaliter qñ fit a sanguine uel
colera accidentaliter est uel ꝓpter putrefactōȝ
qñ fit ab humoribus frigidis. uel ꝓpter attrac
tionem hūorū sanguis ⁊ spūs ad oculū vnd̄ ca
lefiunt hūores oculi. Quarto notandū ꝙ cā
obtalmie uel ē extrinseca uel intrinseca. Extrin
seca pōt esse: aut a sole fumo uel puluere. Cau
sa intrinseca pōt eē ex fluxu alicuius hūoris sim
plicis. s. a sanguie fl'ate colera uel mlīa. uel ab
humore cōposito ex his. Aliter pōt dici ꝙ cau
sa obtalmie ē triplex. s. primitiua aňs ⁊ cōiūcta
Primitiua sunt res non naturales multiplican
tes aliquē hūorem in corpore ut cibi ⁊ pot⁹. Si
militer pōt eē res extrīseca ut sol fum⁹ ⁊ puluis
Causa aňs sunt ipi hūores in corpore multipli
cati apti currere ad oculos. Causa ꝯiūcta sunt
ipsimet humores qñ actu faciunt. s. apostema i
oculis. Notandū ꝙ obtalmia ē duplex. s. ue
ra ⁊ non uera. Uera ē que causatur a fluxu hu
morū ad oculū qui ibibūtur in porositatib⁹ cō
iunctiue causantes apostema. Non uera ē que
causatur ex causa extrinseca sine fluxu hūorum
ad oculū ut a fumo uel puluer̄: quia rarificatur
humiditas ibi que rarificata occupat maiorē lo
cum q̄ȝ ante atqȝ uidetur ꝙ. ibi sit apā cū non
sit ⁊ talis faciliter curatur: q꞉ remota causa extri
seca. Dubitatur in quibus oculis magis fiat
obtalmia: an in magnis an in paruis. Dicēdū
ꝙ in magnis. rō quia ad eos plures superflui
tates delegātur ceteris partibus: quia hn̄t lati
ores uias. ⁊ quia spūs magis disperguntur: et
ꝓpter hoc peius uident. Dubitatur secūdo:
in qua etate magis accidat obtalmia. Dicēduȝ
ꝙ in puericia. ratio ꝓpter eoꝝ ingluuiē ⁊ eoruȝ
molliciem ⁊ eoꝝ tenebrositatē ⁊ humiditatem.
Dubitatur tertio in quo tēpore anni magis
accidat obtalmia. Dicendū ꝙ in uere rōne cali
ditatis ⁊ humiditatis. Ratōe caliditatis. s. dis
soluentis humores congelatos in hyeme: ⁊ q꞉
aperiuntur pori. unde humores sunt magis ap
ti nati fluere ad oculum. Al.

**Um ea que in oculis alba sunt in
rubedinem mutata fuerint fluxe
rintqȝ lachrime ⁊ in angulis ocu
lorū lachrymalibus lippitudo collecta fu
erit dicemus tunc egrū pati obtalmiā. Et
quāto plus sinthomatū vehementia: aut
ipsoruȝ affuerit minoratio tanto plus erit
obtalmie fortitudo aut ipsius debilitas. de
terior aūt obtalmia est cū alba oculorum
vidētur inflata ⁊ adeo eleuata vt oculorū
cooperiant nigredinē et palpebre inuersē
tur. Sillanus.**

Hic determinat de obtalmia ⁊ diuiditur i
duas. Prio ponit signa obtalmie. Scd̄o cu
ram. secūda ibi. In principio. Pria i tres
Prio pōit signa absolute. Secūdo pōit signa
fortitudinis ⁊ debilitatis obtalmie in generali.
Tertio ponit signa qñ obtalmia est ultiate mali
tie. secunda ibi. Et quanto. Tertia ibi. Deteri
or aūt. De pria dicit ꝙ qñ apparēt ista signa
Primū ꝙ alba oculoꝝ sunt mutata ad rubedi
nē. Secūduȝ ꝙ lachryme fluunt ab ocul'. Ter
tium q꞉ in angulis oculoꝝ fuerit collecta lippitu
do tunc dicimus egruȝ pati obtalmiā. Notā
duȝ ꝙ de rōne signoꝝ: Prio alba oculoꝝ mu
tantur ꝓpter fluxuȝ sanguis ad cōiunctiuā. rō
secundi ꝓpter multitudinē sꝑperfluitatis descē
dētis ad oculuȝ. Ratio tertii causatur lippitu
do ul' ex pte materie aquose fluxu ad oculū que
nō pōt ꝯuerti in nutrimentuȝ ⁊ ibidē igrossatur
uel causatur ex pte debilitatꝭ v̇tutis nutritie non
potētis ꝯuertere nutrimentuȝ in sb̄am oculi: et
sigīt mortē. ⁊ de hac nō loquitur ras̄. Secun
do nōtāduȝ ꝙ signa obtalmie ꝓpter sanguinē
sunt uehemētia rubedis apitio uenaꝝ i oculis:

ꝛ in fronte:inflatio magna aduenieus cum do
loꝛe ꝛ grauedine multitudo lachꝛymarũ cũ lip
pitudine.ratio patet. Signa eius que fit a co
lera sunt doloꝛ cum pũctura in modũ ac⁹ uľ spi
ne:inflatio cum rubedine trahẽtur ad citrinita
tem:cursus lachꝛymarũ adurentiũ ꝛ excoꝛticã
tiũ loca que tangunt:lippitudo ꝛ inflatõ ꝛ tẽsio
minoꝛ q̃ȝ in sanguine.rõ patet. Signa eius q̃
fit a fľate sunt grauitas non cũ ardoꝛe. undatõ
magna absq̃ȝ rubedine que tñ si tangitur cedit
tactui ꝛ fit in loco ĩpꝛessio cum digito . multitu
do lachꝛymarũ aquosarũ cũ lippitudine nõ di
gesta:habitudo coꝛpoꝛis humida. rõ patet.
Signa eius q̃ fit a mľia sunt paucitas inflatõis
absq̃ȝ rubedine.diminutio lachꝛymarũ ꝛ lippi
tudinis:nigredo coꝛpoꝛis extenuata:doloꝛ cuȝ
quadam grauedine et fractione loci .rõ pȝ itel
ligenti. Signa eius que fit ex causa extrinse
ca discernuntur iudicio patientis ꝛ reuelatõe
ipsius ĩfirmi.Et quanto. Hic ponit signa
foꝛtitudinis ꝛ debilitatis obtalmie in genera
li:ꝛ dicit ꝙ quanto fuerit maioꝛ intensio uel rẽis
sio accidentiuȝ tanto erit obtalmia intensioꝛ uľ
remissioꝛ.Ratio uuia accñs insequitur egritu
dineȝ uelut umbꝛa coꝛpus .ut gaľ.tertio de ac
cidenti.g̃ quanto egritudo ẽ foꝛtioꝛ tanto sũt ac
cidentia foꝛtioꝛa ꝛ ecõuerso ꝛc̃.Deterioꝛ aũt.
Hic ponit signa obtalmie qñ obtalmia ẽ ulti
mate malitie.ꝛ dicit ꝙ deterioꝛ obtalmia ẽ ubi
alba oculoꝝ uidẽtur inflata ꝛ eleuata ut coope
riant nigredinẽ oculoꝝ ꝛ palpebꝛe inuersentur.
Ratio quia sig̃t multitudinẽ humoꝛũ unde pꝛo
hibetur transitus spẽrum uisibiliũ ad hũoꝛem
cristallinũ apostema calidum quod fit a palpe
bꝛis donec coopertat duas oꝛbitas cum totali
tate sua. Notandum ꝭm serapionẽ.c.de ob
talmia ꝙ spẽs obtalmie sunt tres. Prima infla
tio ꝛ eleuatio facta in oculo a causa extrinseca:
ut a sole puluere uel fumo ꝛ quiescit quando q
escit causa extrinseca. Secunda spẽs eleuatio q̃
accidit in oculo qñ currit aliquid ꝺ materia ad
coniunctiuã pꝛopter debilitatem mẽbꝛi recipiẽ
tis.s.oculi ꝛ uirtutem mẽbꝛi repellentis. s. cere
bꝛi:ꝛ ista est deterioꝛ pꝛima. Tertia spẽs est
apostema callidum quod fit in palpebꝛis dõec
foꝛsan cooperit duas oꝛbitas cuȝ totalitate sua
sicut coꝛium ꝛ sequitur inflatio ꝛ doloꝛ durici
es ꝛ rubedo que apparent in oculis ꝛ replentur
uene ualde cum copertura palpebꝛarum ꝛ foꝛ
tasse inuersantur ad exterioꝛa ꝛ fit difficilis mo
tus earum ꝛ est albedo oculoꝝ altioꝛ nigredine
ipsius ꝛ illa est deterioꝛ. Alman.

In pꝛincipio uero curatiõis obtalmie
cephalica ẽ flebotomanda ex manu uľ ex
bꝛachio partis cõtrarie in qua ẽ oculus in
firmus nisi leuis fuerit obtalmia ꝛ quãto
foꝛtioꝛ fuerit obtalmia tanto plus ẽ minu
endũ de sanguine. Deinde uẽter ex miro
boľ.citrinis ꝛ tereniabin ꝛ succo fructuuȝ
soluendus ẽ.Eger a carne ꝛ a uino ꝛ a re
bus dulcibus abstinere debet ꝛ cibum mi
nuere. Silla.
Hic raꝭ ponit curam:ꝛ diuiditur in duas.
Primo ponit curam per euacuationẽ.secũdo
per dietam.secunda ibi.Et.eger. Prima i du
as. Prĩo ponit curam per flebotomiã.secundo
per medicinã.secunda ibi.Deinde uenter.
De pꝛima dicit ꝙ in pꝛincipio curationis obtal
mie debet eger flebotomari ex cephalica man⁹
uel bꝛachii partis contrarie in qua ẽ ocul⁹ infir
mus.Secundo ponit exceptionẽ nisi obtalmia
sit leuissima. Tertio dicit ꝙ quanto obtalmia
fuerit foꝛtioꝛ tanto de sanguine debet euacuari
plus. Notandum ꝙ in obtalmia ad hoc ut
fiat flebotomia de parte contraria duo reqrun
tur. Primum ꝙ in coꝛpoꝛe sit magna plenitu
do lȝ auerois ꝛ auic.pꝛecipiãt in hoc casu fieri
flebotomiam de saphena eiusdẽ partis .deĩde
de basilica eiusdem partis.Secũdo requiritur
ꝙ materia sit in fluxu quia materia existẽte flu
xa non competit flebotomia de bꝛachio contra
rio .unde nõ cõpetit diuersio sed euacuatõ ma
terie peccantis que fit per eandeȝ partem. ꝛ sic
patet rõ pꝛimi dicti. Ratio secundi dicti ẽ ꝙ si
obtalmia sit parua per colliria et aquas põt re
solui materia obtalmie:iõ nõ cõpetit flebotõia
Ratio tertii quia quãto obtalmia est foꝛtõꝛ tã
to fit a pluri quãtitate materie ideo plus ꝺ ma
teria ẽ euacuandum. Notanduȝ secundo ꝙ
uena cephalica que est uena capitis põt capi uľ
in bꝛachio uel in manu inter pollicẽ ꝛ indicem
Si in manu uľ est una uena iter pollicem ꝛ idi
cem.uel in bꝛachio ĩ curuatura:ꝛ si ambo sint
infirmi de utroq̃ȝ bꝛachio fiat flebotomia:
Tertio notandum ꝙ post flebotomiaȝ ce
phalice partis cõtrarie uel eiusdẽ cõpetit flebo
tomia frontis que est in angulis oculoꝛũ.uel de
uenis que sunt retro aures imo in obtalmia an
tiqua aliqñ sciduntur artarie tẽpoꝛum a cirur
gicis.Rõ quia ꝑ illas ĩmediati⁹ euacuatur ma
teria obtalmie. Quarto notandum ꝙ loco
flebotomie cõpetit uentosa posita in posterioꝛi
parte capitis ꝛ in parte superioꝛi colli cum ĩcisi
one uel supꝛa spatulas. Notandum quinto

35

ꝙ obtalmia habet q̄ttuoꝛ tēpoꝛa sicut alia apostemata.s.principium augumentū statū ⁊ declinationé. Principiū eius é qñ lippitudo é aquosa ⁊ subtilis in oculis. Augumentū é qñ tal' lippitudo icipit igrossari ⁊ dealbari. status é quádo é ingrossata ⁊ dealbata ⁊ multa claudés oculos. Declinatio é qñ tal' lippitudo incipit diminui ⁊ cōsumi. **Deinde uenter.** Hic pōit curam per euacuationé factá per medicinā dicés ꝙ post flebotomiá uenter debet curari .i. euacuari cō máma mirobolanis ⁊ succo fructuum solubiliū. Notandū ꝙ dictū raſ habet ueritaté quando obtalmia causatur a materia calida ut a sanguine uel colera qꝛ ille medicine euacuant colerá: ⁊ si cōtingeret ꝙ eét maximus doloꝛ pōt fieri euacuatio sine digestione p̄cedente quia é materia furiosa rōe accñtiū: sed si sit paruus doloꝛ pōt precedeř digestiuū ⁊ tale digestiuū ⁊ euacuatiuū posita sunt supꝛa.c. de doloꝛe capitis pꝛouenientis a colera. recurratur ergo illuc. Sed si sit a fl'ate cōpetūt digestiuum ⁊ euacuatiuū posita supꝛa.c.de doloꝛe capitꝫ ꝓuenićtis a materia fl'atica. Sed si a ml'ia ꝓuenit quod raro contingit ꝯpetunt digestiuū ⁊ euacuatiuū posita supꝛa in doloꝛe capitis pꝛoueniétis a ml'a. sic tñ ꝙ in digestione ponātur herbe appꝛoꝑate oculis que sunt bethonica uerbena eufragia celidonia ruta siler montanus feniculus **Et eger.** Hic ponit curá per dietá dicens ꝙ eger debet a carnibus se abstinere ⁊ uino ⁊ rebus dulcibus. Rō qꝛ talia multiplicát hūoꝛes qui sunt apti descendere ad oculū maxie qñ obtalmia fit a materia calida. Secūdo dicit ꝙ patiens debet minuere cibū. Ratio qꝛ caloꝛ reditur magis intentus ad consumendū materiam

Notandū ꝙ in obtalmia a materia calida dieta conueniens é ut comedat lactucas poꝛtulacas cucurbitas cōditas cū agresta. uel succum farine oꝛdei auene similiter ⁊ spelte cōditis cuꝫ lacte amigdolarū uel agresta uel poꝛtulaca. Si aūt patiens fuerit debilis poterit comedeř carnes pulloꝝ ⁊ hedi elixatas cum cucurbitis uel poꝛtulacis uel lactucis ꝯditis cum agresta: uel uino de granatis. De potu. Bibat usqꝫ ad finé aquā oꝛdei uel aquā decoctōis berberis ul' pꝛunoꝝ uel aquā mixtā cū agresta uel uinuꝫ de granatis. In fine aūt pōt bibere uinū albū debile liphatum cū triplo eius de aqua. Sꝫ in obtalmia de materia frigida. Dieta sit ut patiens comedat aquā ciceꝝ ul' farrū uel farinam oꝛdei uel auene. condiátur cū puluere que sic fit ℞.cinamomi.ʒ.ii.cardamōi ʒ.ii.croci.℈.i.fiat puluis cribꝛatus. Post dies.v.pōt comedeř carnes edi pulloꝝ castrati elixatas cū feniculo boꝛagine ⁊ petrosi. ⁊ de potibus bibat aquam mellis usqꝫ ad dies.viii. uel aquā decoctōis iububarū mellis. post uero dictū tēpus pōt bibere uinū album limphatū. Almansor.

Qð q̄ ista non sufficerint sief albū ī lacte iuuencule puellá lactantis fricandus é ⁊ in oculis distillandus. Silla.

Hic ponit curam per ea q̄ appꝛoximantur ab extra. ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curá que debet obseruari añ declinationé. Secūdo ponit curá quando é in declinatōe. secunda ibi. **Si aūt oculus.** Prima ī tres. Prio ponit curá per unū appꝛoximandū oculo: ⁊ é coliriū secundo docet remouere lippitudiné. Tertio ponit curá per quedá alia que cōpetunt in cura secunda ibi. **Et lippitudinis.** Tertia ibi. **Et eger.** De pꝛia dicit ꝙ si pꝛedicta non sufficerent in cura: tunc sief album dꝫ fricari in lacte mulieris lactentis puellá ⁊ distillari in oculum. Rō est quia abstergit ⁊ mūdificat. Notandū ꝙ sief p collíriū uel trociscus unus dissolut⁹ in aliquo liquoꝛe ex quo fit colliriū. Secūdo notandū ꝙ alia conueniūt in pꝛincipio. Alia in augumento alia in statu ⁊ alia in declinatōne. nam in pꝛincipio ꝯpetunt repercussiua habétia duas ꝓpꝛietates. Prima ꝙ non sint nimis foꝛtia ne condensent humoꝛé in oculo ⁊ ne nimis infrigident oculum ⁊ alterét. secunda ut sit doloris mitigatiua: ⁊ ideo nō cōpetūt sicca nec aspera: sed in augumento ⁊ statu cōpetunt partiꝫ repercussiua ⁊ partim resolutiua ⁊ nunq̄ꝫ maturatiua: quia tunc sanies coꝛroderet tunicas. non eni est hic sicut in aliis mébris. sed in declinatōe totaliter ꝯpetunt resolutiua. Tertio notāduꝫ ꝙ in obtalmia a materia calida rep̄cussiua que ꝯpetūt ī p̄ncipio: q̄dā sūt simplicia ⁊ q̄dā ꝯposita. Simplicia sūt duo. unū albumēoui foꝛtiter agitatū ex quo una gutta ī ocul' distellctur. secūdum é lac mulieris puellá lactantis stati ab ubere mulsum ponatur in oculis. Cōposita sūt pꝛimū. ℞. aque roſ. electe albumé oui foꝛtiter agitatū ⁊ dispūatū misce ⁊ fiat colliriū ⁊ una gutta uel due ponātur in oculo uel in ambobus si fuerit doloꝛ. Ad idem. ℞. mucillaginis seis citonioꝝ uel psilii uel dꝛagagāti.ʒ.ii. albumé unius oui foꝛtiter agitatū ⁊ dispūatuꝫ lactis mulieris puellá lactantis.ʒ i.ſ. misce ⁊ fiat collirium. Et si est doloꝛ magnus fiat mucillago in aqua decoctionis seis papaueris. Et si doloꝛ é in ultimo addatur ī collirio opii gra.iii. ⁊ é ualde er

pertum. Ad idem. ℞. ceruse lote. ʒ. viii. gum
mi arabici. ʒ. iiii. opii dragaganti an̄: ʒ. i. teran
tur fortissime: misce cū albumine oui. fiat colliri
um ⁊ ponatur in oculo. Ad idē. ℞. foliorū
solatri florum camomille ros. ru. parū pistētur
⁊ buliant ⁊ incorporentur cū faria ordei fit em
plastrū ⁊ ponatur tepidū supra oculum. Ad
idē coquātur tria poma i igne uel in prunis mū
dentur post coctionē cū quibus uitella triū ouo
rū misceantur ⁊ tepidū ponatur supra locū.
Illa q̄ cōferūt in augumento ⁊ statu obtalmie
sunt. Primū. ℞. lac mulieris ab ubere eiectū
abstergit eni mūdificat ⁊ repercutit ⁊ mirabl'r
cōmendatur. Ad idē. ℞. mucillaginis dra
gaganti an̄. ʒ. ii. lactis mulieris ꝙ sufficit ⁊ fiat
colliriū. Ad idem. ℞. ceruse lote sarcocolle
nutrite in lacte asine opii dragaganti an̄. ʒ. ſ. fi
at puluis subtilissimus incorporetur cum aqua
pluuiali ⁊ sufficit distēperetur cū lacte mulieris
fiat colliriū ⁊ est secretum. Ad idē. ℞. tucie
bene preparate cāphore subtiliter puluerizate:
an̄. ℈. i. aqua ros. ℥ i uini albi. ℥. ſ. misce ⁊ una
gutta ponatur in oculo: ⁊ ualet in dolore oculo
rum in declinatōe. In declinatōe v̄o obtalmie
de materia calida. ℞. camomille melliloti an̄.
parū fiat decoctio ⁊ iponatur spōgia ⁊ expressa
ponatur supra oculū. Ad idē fiant ablutōes
manuū ⁊ faciei sepe cum aqua decoctōis melli
loti floꝝ camomille ⁊ ros. ru. In obtalmia
uero de materia frigida ꝯpetentia in principio
sunt hec. ℞. ros. ru. floꝝ camomille an̄. ℥. ſ.
conquassentur ⁊ fit saccus īfundatur ivino qd̄
sit actu frigidū ⁊ bene expressus ponatur supra
locū. In augumēto ⁊ statu. ℞. mucilaginis
gūmi arabici mucilaginis fenugreci an̄. ʒ. ii. sar
cocolle infuse in lacte mulieris myrrhe aloes ci
namomi castorei subtiliter puluerizati an̄. ℈. ſ.
fiat colliriū. An idē ex farina fenugreci ⁊ mu
cilagine eius ⁊ floribus camōille mixtis fiat em
plastrū ⁊ pōatur calidū supra oculū. Ad idē
℞. camomille melliloti an̄. ℥. ſ. pistētur ⁊ incor
porentur cū mucilagine fenugreci dragaganti:
⁊ uitell'. duoꝝ ouorū ponatur supra oculū.
Item in declinatōe dꝫ poni patiens in balneo
seu in stufa. Ad idē. ℞. sarcocolle. ʒ. x. licii
oloes an̄. ʒ. ii. spume maris croci an̄. ʒ. i. ſ. succi
celidonie. ʒ. iii. terātur subtilissime ut alcohol ul'
buliant in uino albo ⁊ aqua ros. ⁊ coletur liqui
dū ⁊ mittatur in oculū ⁊ sba grossa super oculū
Ad idem. ℞. absinthii uiridis. M. i. licii. ℥
ſ. farine fenugreci. ℥. ii. sarcocolle. ʒ. x. succi ce
lidonee. ℥. ſ. aloes. ʒ. ii. spume maris croci an̄. ʒ
i. misce sil' ⁊ fiat in forma empl'i ponatur calidū
supra oculū. uel extrahatur succus uel aqua et
oibus pistatis ad inuicem coletur ⁊ ponatur in
tra oculū: Ad idē fiant ablutiones manuū ⁊
pedū ⁊ faciei sepe ex aqua calida decoctōis ab
sinthii molliloti floꝝ camomille. Al.

**Et si lippitudinis multitudo fuerit in
ocul' collecta radius coto inuoluatur ⁊ ma
defiat in aqua ⁊ cum eo oculus ab illa lip
pa mūdetur. deinde puluis albus aspgat
⁊ supponendo oculis aliquid vt cotū sua
uiter eleuetur sustentet ⁊ liget. Et eger in
domū tenebrosaꝫ mittatur. et ingeniādū
quātū possibile ē ut somn⁹ ꝓuocet. Caue
at tn̄ ne super oculū īfirmū dormiat ⁊ ne
caput depressum sit sed superius eleuatū
Nec vestimentorū capitis sint stricta nec
in facieꝫ se diu proijciat. Sil.**

Hic docet remouere lippitudinē. ⁊ diuidi
tur in duas ſm ꝙ per duo docet remouere. se
cūda ibi. Deinde puluis. De p̄ma dicit ꝙ
si multa lippitudo fuerit in oculo collecta cū ra
dio inuoluto cum coto infuso in aqua mundifi
cetur oculus. Rō q2 talis aqua habet v̓tutem
lenitiuā superfluitatum. Deinde puluis.
Hic ponit curā cū alio dicēs ꝙ post ablutioneꝫ
factam puluis albus dꝫ aspgi sup oculo ⁊ debꝫ
suauiter supponi aliquid ut bōbix uel aliud. s.
tenta super oculo ⁊ ligari. Rō quia talis puluis
cōsumit superfluitates ⁊ abstergit. descriptionē
uero illius pulueris ponit infra. Notandum
ꝙ illud quod supponitur ⁊ ligatur sicut tēta uel
cotū debet statim remoueri ne puluis cū sit sic
cus noceat oculo. debet etiam remoueri ut di
cit gordonius cū lacte mulieris. ratio patet. Et
eger. Hic ponit curam per quedā alia dicēs
ꝙ eger debet mitti in domū tenebrosaꝫ. Rō q2
de rōne lucis ē attrahere. vnde fieret maior flu
xus hūorū ad oculū: ⁊ rōne luminis spūs disp
guntur ⁊ resoluūtur: unde debilitatur ocul⁹.
Secūdo dicit ꝙ ingeniandū ē ꝙ ꝓuocetur sō
nus. Rō quia calor reuocatur adintra ⁊ fortifi
catur ⁊ pōt digerere ⁊ cōsumere materiam: sed
hoc debet eē de nocte ⁊ non de die. Tertio di
cit ꝙ patiēs debet cauere ne dormiat supra ocu
lum infirmū ⁊ non stet cū capite discopto: aut
depreso sꝫ potius eleuato. Rō utriusqꝫ q2 flue
rent hūores ad oculos. iō si obtalmia fuerit in
oculo dextro dꝫ iacere super sinistruꝫ si i ambo
bus debet iacere supinus: ⁊ ideo tenētes caput
curuū ut plurimū habent oculos humidos.
Quarto dicit ꝙ capitia seu uestimenta capitis

36

non debent eẽ stricta. Ratio qꝛ ꝑpter stricturá fieret doloꝛ circa oculoſ ⁊ ſic plus attraheretuꝛ de materia. Quito dicit ꝙ patiens non debet diu proſternẽ ſuper faciem: quia fieret maior fluxus ad oculos. Almanſor.

Si aũt oculus leuioꝛ fiat ⁊ doloꝛ ſedeẗ ac lachꝛyme minuanẗ flebotomia iam fa cta ⁊ ventre ſol̃o. Balneũ mĺtotiens ĩgre diaẗ ex hoc enim paſſionis relĩge diſſoluẽ tur. Silla.

Hic ponit curam qñ eſt in declinatione: ⁊ di uiditur in duas. Primo facit hoc. Secundo reuertitur iterato ad curá obtalmie qñ predcá nõ ſufficiunt ſecunda ibi. Q̃d ſi in oculo. De prima dicit ꝙ ſi oculus fiat leuior ⁊ doloꝛ remit tatuꝛ ⁊ lachꝛyme minuantur flebotomia p̃miſ ſa ⁊ ſolutione uentri patens debet ingredi bal neũ. Uerificat ſe qꝛ ex hoc materia que reman ſit reſoluetur. Notandũ ꝙ loco hui⁹ balnei ſpongia infuſa in aqua decoctionis camomille ⁊ melleloti expꝛeſſa ⁊ poſita ſuper oculum mul tum ualet. Alman.

Q̃d ſi in oculo hũoꝛoſitas ⁊ grauedo re manſerint puluis citrin⁹ eſt ĩmittend⁹. Ex his aũt q̃ hñti obtalmiá mĺtũ conferũt eſt vt frons ⁊ palpebꝛe ex hoc linianẗ epithi mate. Q̃d. ℞. ſieẗ mẽithe ro. aloes licii ſã dali ru. fauſel. croci oꝛientalis omniũ añ. partes eq̃les fiant ex eis pill̃e. cũq3 neceſſe fuerit reſoluaẗ vna ex eiſ in ſucco coꝛiãdꝛi aut ĩ ſucco endiuie. aut ĩ aqua roſ. ⁊ linia tur cũ eo ſi de⁹ voluerit. Silla.

Hic reuertitur ad curá obtalmie quãdo pre dicta defficiunt ⁊ diuiditur in duas. Primo fa cit hoc. Secundo ponit deſcriptiones q̃rũdaꝫ medicinarum de quibus fecerat mentioné. Se cunda ibi. Sieẗ albũ. Prima in duas. Prio explicat unũ qnod ualet indeclinatione. Secun do unũ qnod ualet in principio. Secunda ibi. Ex his aũt. De prima dicit q̃d ſi remãſerit hu miditas ⁊ grauedo puluis citrinus erit mittẽd⁹ in oculũ. Deſcriptioné ponit ſtatim. Ratio qꝛ habet uirtutem abſterſiuá ⁊ cõſumptiuá non tñ debet diu dimitti ne exſiccetur oculus. Notá dũ ꝙ ad idem ualet aqua cuiuſdá bidelii cũ aq̃ lucrabatur pané ſuũ ⁊ é. ℞. lapidis calamina ris. ℥. ſ. tutie qnquies ignite ⁊ quinqes extĩcte. in aqua roſ. el̃cá. ℥. ſ. gariofil̃. numero. xxx. te rantur cuꝫ. ℥. ii. mell̃. uini albi. ℔. iiii. puluerizá da puluerizentur ⁊ cribellentur ſubtiliter miſce oĩa. Si eſſet neceſſitas magna adde camphoꝛe ʒ. ſ. Ex his aũt. Hic Raſis explicat unũ q̃d

ualet in p̃ncipio: dicens ꝙ ex hiis ualẽt hñti ob talmiá. ſ. i pꝛĩcipio é ut frons ⁊ palpebꝛe linian tur ex hoc epithiate. ℞. ſieẗ memithe roſ. licii aloes fauſel ſandal̃. ru. croci oꝛiẽtal̃ omniũ añ. partes eq̃les fiãt pill̃e ⁊ cũ fuerit neceſſitas diſ ſoluãtur cũ ſucco coriandri aut aq̃ roſ. aut celi donie. Notandũ ꝙ remediũ raſis hꝫ v̇tatem obſeruatis. Primũ ꝙ obtalmia ſit in p̃ncipio: qꝛ illa ſũt ſtiptica ꝓhibẽtia fluxũ ad oculũ. Se cũdo ubi materia ſit calida: qꝛ illa q̃ ponũtur ĩ epithiate ſunt f̃ia ſtiptica. Tertio ꝙ obtalmia fiat ex fluxu humoꝛũ ad oculos deſcendentiuꝫ p uenas exterioꝛes: qꝛ ſi per intrinſecas nõ ua leret qꝛ v̇tus nõ ꝓfundaretur: ſed tũc magiſ ua lerẽt odoꝛamenta ⁊ alia dicta in. c. de catarꝛo ⁊ doloꝛe capitis. Secundo notandum ꝙ loco hui⁹ ephitiatis ualet tale empl̃m quo cõiter uti tur Gerardus in materia calida. ℞. acatie ſan guis draconis: añ. ʒ. i. boli ar. ʒ. ii. fiat puluis ⁊ incoꝛpoꝛetur cũ albumine oui agitato: fiat em plaſtꝛum ⁊ applicetur ſupꝛa tempoꝛa. Notá dũ ꝙ in materia frigida competit tale repercuſ ſium ab extra. ℞. aloes myrrhe myrti acatie añ. ʒ. i. maſticis olibani añ. ʒ. ſ. fiat puluis ⁊ in coꝛpoꝛetur cum albumine oui bene agitato q̃d ſufficit fiat empl̃m ⁊ ponatur ſupꝛa frontem ⁊ ⁊ timpoꝛa. Almanſoꝛ.

Sieẗ albũ. ℞. ceruſe ablute. ʒ. x. ſarco colle groſſe. ʒ. iii. dꝛaga. ʒ. i. opii. ʒ. ſ. fiant ex eis pill̃e foꝛme lentis ſimiles. Pul̃is ci citrin⁹. ℞. ſarcocolle groſſe. ʒ. x. aloes. ʒ. ii croci. ʒ. ii. mirrhe. ʒ. i. licii. ʒ. ii. ⁊ his optie tritis ĩmittaẗ pul̃is cũ op⁹ fuerit. Puluiſ al b⁹. ℞. ſarcocollá albá ⁊ pingué q̃ mittiẗ in lac mĺieris ꝙ meli⁹ é cũ alicui⁹ iuuẽcule fuerit ⁊ dimittaẗ in vmbꝛá donec ſicceẗ ⁊ teraẗ optie ⁊ oib⁹. ʒ. x. ipſius addatur de ſieẗ memithe. ʒ. ii. q̃ iteruꝫ optie trita re ponanẗ ⁊ cũ op⁹ fuerit ĩ oculũ mittantuꝛ.

Sillanus.

Hic põit Raſ deſcriptioné medicinaꝝ de q bus dictũ é: ⁊ diuiditur ĩ tres ſm ꝙ tres ponit deſcriptiones. Secunda ibi. Puluis citrinus Tertia ibi. Puluis albus. De prima dicit ꝙ ſieẗ albũ ĩ foꝛma ponatur ſic. ℞. ceruſe ablute ʒ. x. ſarcocolle groſſe. ʒ. iii. dragagãti. ʒ. i. opii. ʒ. ſ. fiãt ex hiis pill̃e ſil̃es lẽti. Notandũ ꝙ ill̃d colliriũ ualet ĩ augumẽto ⁊ ſtatu obtalmie ⁊ nõ ĩ p̃ncipio. rõ dcá fuit ſupꝛa. Pul̃iſ citrin⁹. Hic ponit ſcd̃am deſcriptõné ⁊ dr̃ citrin⁹. ℞. ſarco colle. ʒ. x. aloes. ʒ. ii. croci. ʒ. ii. myrrhe. ʒ. i. licii ʒ. ii. ex his optie tritꝫ mittatur pul̃is cũ op⁹ fueĩt

Puluis albus Hic ponit tertiā descriptō nem: ⁊ dr̄ puluis albuſ. ℞. sarcocollaȝ albaȝ ⁊ pinguē que mittatur in lacte mulieris iuuēcule dimittatur ī umbra dōec exiccetur ⁊ teratur optime ⁊ oibus. ʒ. x. ipsius addatur sief menithe. ʒ. ii. que iterū optime trita reponātur ⁊ cū opus fuerit in oculū mittatur ad remouendū lippitudinē: ⁊ est de quo fecit mentionē supra rasis.

De vlceribus oculorū. Silla.

Otandū circa rubricam ꝙ ulcꝰ capitur dupliciter. Uno modo ꝓ solutione cōtinuitatis siue sit cū sanie siue sine sanie Secūdo notandum ꝙ causa ulceris oculorū est duplex. s. intrinseca ⁊ extrinseca. Extrinseca ut casuſ ⁊ percussio. Intrinseca est hūor calidus acutꝰ salsus corrodēs tunicas. ⁊ fit aliqñ ex successiōe bothor. Aliqñ ꝓpter percussionē. Tertio notandū ꝙ ꝑncipium ulceris aliqñ ē interius ⁊ disrūpitur exteriꝰ i. disrūpendo ꝓcedit. Aliqñ principiū ulceris ē ab extra ⁊ disrūpendo ꝓcedit ab intra: ⁊ d̄ istis primū est deterius ceteris. Al.

Um ī oculis fortis dolor ⁊ pūctō nociua ac pulsus sentiūt ⁊ lachrimaꝝ fluit multitudo ⁊ cuȝ palpebre eleuant ⁊ oculi apiunt loca q̄ sunt ī albis ipsoꝝ īueniunt rubea. aut cuȝ totū fuerit rubeū: vnus locus magis rubere īuēit aut in nigredine locus aliquis albꝰ apparet pustula iam in oculo extorta ē. Ad hāc v̄o curandā passionē necessariꝰ ē medicꝰ valde īstructus ī curis oculoꝝ nos tñ curationis ipsiꝰ sumas ⁊ aggregationes dicemꝰ Dicimus itaqȝ ꝙ vlcera q̄ ī coiūcta nascūtur hoc ē ī albis oculoꝝ nō adeo sunt timēda vt ea que in cornea hoc ē in oculi nigredine fiūt. Deterius v̄o vlcerū ē illud qd̄ in nigredine sub pupilla existit eminentia nāqȝ ad istum est velociter. Silla.

Hic rasis determinat de ulceribus oculorū: ⁊ diuiditur in quattuor. Prio ponit signa Secundo ostendit q̄lis medicus sit necessarius ad curationē ulceris oculorū. Tertio ostēdit ꝙ ulcus oculoꝝ ē deteriꝰ. Quarto ponit curā. Secūda ibi. Ad hanc v̄o. Tertia ibi. Dicimus. Quarta ibi. Horū aūt. De pria dicit ꝙ qñ ī oculo apparēt hec signa. Prio fortis dolor ⁊ pūctio nociua ⁊ pulsatio sentitur. Secūdum lachrymarū multitudo fluit ⁊ cuȝ palpebre eleuātur ⁊ oculi aperiūtur alba oculoꝝ apparent rubea ⁊ si totū fuerit rubeū unus locus īuenitur magis rubere q̄ȝ aliꝰ. Tertiū q̄ȝ in nigredīe oculi. s. in cornea apparet locus albꝰ istis signis arguere dēmus ꝙ in oculo ē ulcꝰ sine pustula ad quā de necessitate sequitur ulcus. Rō signorū est pria primi: quia ex materia calida pungitiua cātur dolor ⁊ pūctio nociua. sed pulsatio fit pp generationē ⁊ augumentatōnem saniei. in cuiꝰ generatōe fit ebullitio ⁊ pulsatio. Rō secūdi q̄ȝ pp dolorē ē fluxꝰ hūoꝝ. und̄ fit fluxꝰ lachrymarū ⁊ multitudo. Rō tertii q̄ȝ rōne doloris fit attractio sanguinis ad cōiūctiuā unde alba oculorū apparent rubea. Ratio q̄rti q̄ȝ corpꝰ dyaphanū dū ꝯdēsatur fit albuȝ ut apparet de aq̄ ꝯgelata ⁊ d̄ albūie oui cocto: q̄ȝ fit dealbatio. sȝ cornea ē corpꝰ dyaphanū ⁊ pp generatōȝ ulceris ꝯdensatur ⁊ sic dealbatur. sȝ qñ fit ulcus in coniūctiua fit color rubeꝰ: q̄ȝ fit extensio in uēis q̄ȝ attrahitur sanguiſ cū ꝯiūctia sit corpꝰ habēs uenas iō apparet color rubeꝰ. Ad hanc vero.

Hic ostendit q̄lis dȝ eē medicus ad curationes ulcerū oculoꝝ dicens ꝙ ad curationē necessarius ē medicꝰ ualde īstructꝰ. Scd̄o dicit ꝙ oñdit sūmas ⁊ aggregationes curatōis. Notandū ꝙ cā primi ē q̄ȝ medicus errans ī illa passione causat nocumentum magnū. iō ⁊c̄. Dicimus ita. Hic ostendit ꝙ ulcus oculoꝝ sit deterius dicens ꝙ ulcera que sunt in cōiunctiua: q̄ȝ in albo oculoꝝ nō sūt sic timenda sicut illa q̄ sunt in cornea. Ratio quia talia ulcera plus distant ab humore cristallino ⁊ a pupilla q̄ sūt ꝑncipaliora in uisione. Secundo dicit ꝙ deteriꝰ ulceꝝ ē quod ē in nigredine sub pupilla. Ratio q̄ȝ ē magis ꝓpinquū hūori cristallino. Al.

Horum aūt vlcerum curam cuȝ flebotomia incipere debemus: ⁊ sanguinis extrahere multitudinem ſm ꝙ possibile fuerit. Consequenter autem venter soluendus est. Et eger sibi cauere debet a carne ⁊ vino dulci ⁊ esse contentus herbis frigidis ⁊ in potu sola aqua vti. Sil.

Hic ponit curam ulcerum oculorum. et diuiditur in duas. Primo facit hoc. Secūdo ponit curam uestigii remanentis post consolidatōnem ulcerum. secunda ibi. Cum autem. Prima in tres. Primo ponit curam per euacuationem. Secundo per dietam. Tertio per localia que applicantur ab extra. secunda ibi. Et eger Tertia ibi. In oculo vero. Prima in duas. Primo ponit curam per flebotomiam. Secūdo per medicinaȝ. secunda ibi. Consequenter De prima dicit ꝙ debemus incipere curam ulcerum oculorum per flebotomiam extrahendo multitudinem sanguinis ſm ꝙ fuerit possibile.

Notandū si sit magna repletio ꝯpetit flebotomia de saphena euisdē partis deinde de basilica. deinde de cephalica: ⁊ si non sit magna repletio sufficit de basilica. Ratio predictorum ē q: per flebotomiā ꝓhibetur fluxus humoꝝ ad oculos: qui fit in ulceribus oculoꝝ. Secūdo notandū ꝙ ad idem ualēt uentose posite supra spatulas ⁊ i collo cū scarificatōe. Consequenter autem. Hic ponit curam per euacuationez per medicinas: dicens ꝙ post flebotomiā uenter debet euacuari. Nota ꝙ illa euacuatio d̄bet fieri cū mirobalanis māna ⁊ succo fructuū solubilium: q: materia ulcerū ē acuta mordificatiua. Ad idē ualet euacuatō facta cū clisteri. Notandū secundo ꝙ post euacuationem uniuersalē est ꝯueniens euacuatio per gargarisma ⁊ sternutationē facta. Et eger. Hic pōit curā per dietam ⁊ dicit primo ꝙ eger debet cauere sibi a carne ⁊ uino dulci. Ratio q: multiplicant humores maxime calidos ⁊ acutos q multiplicati de facili currūt ad locū ⁊ augent ulcus Secundo dicit ꝙ dꝫ eē ꝯtentus herbis frigidis Ut sūt spinachia lactuca portulaca cucurbita ⁊ endiuia. rō q: remittunt acuitatē generando humorē frigidum. Tertio dicit ꝙ i potu dꝫ uti sola aqua: q: uinū ē uaporosū ⁊ eēnt cā dissolutionis humorū in loco ulceꝝ. Al.

In oculo vo initio sief albū cū lacte mulieris ē mittendū. ⁊ si pulsus iā alleuiari ⁊ sedari videtur sperandū ē ꝙ egritudo soluatur sine saniei collectione. Quod si pulsatio pōt sanguis extractionē ⁊ ventris solutionē ac sief albi imissionē quiescere nō videtur parua fiducia i hoc quod dixim᷒ est habenda. Sillanus.

Hic ponit curā ulceris oculi p remedia localia q̄ approximantur ab extra ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curā qn̄ pustula fiunt parua Secūdo qn̄ fiunt magna. Secūda ibi Qn̄ fuerit. Prima i duas. Primo ponit unū locale ꝙ ꝯuenit in gn̄atione saniei. Secūdo ponit aliud quod ꝯuenit qn̄ materia cōuertit ad saniē. Secūda ibi. Est itaqꝫ prima i duas. Prio facit ꝙ dictū ē. Secūdo pōit signa qbus dꝫ cognoscē qn̄ egritudo remouebitur sine collectōe saniei. ⁊ qn̄ nō. Secūda ibi ꝙ si pulsus. De pria dicit ꝙ i oculo a principio ē mittendū sief albū cū lacte mulieris. rō q: repercussiuū: ⁊ sic ꝓhibꝫ fluxū materie ad locū ulceꝝ Quod si pulsus. Hic ponit signa ⁊ docet cognoscē qn̄ egritudo r̄mouebitur sine collcōe saniei ul' qn̄ nō. Prio dicit ꝙ si pulsatio uidetur alleuiari ⁊ remitti sperādū ē ꝙ egritudo terminabitur sine collatiōe saniei. Secundo dicit ꝙ si pulsatio uideatur alleuiari ⁊ remitti meli᷒ ⁊ si nō remittitur prio p flebotomia ⁊ solutinoē uentris ⁊ missionē sief albi bn̄da ē parua fiducia. rō p̄dictoꝝ ē q: pulsatio causatur rōne generatōis saniei ꝓpter bullitionē humoꝝ acutorū. Sꝫ si pulsatio remoueatur signū ē ꝙ sanies non generatur. Al.

Est itaqꝫ tūc sief de olibano mittēdū i oculū ⁊ pila aliq̄ oculo supponēda ⁊ cū ligatura stringenda an̄ vo q̄ꝫ hoc eueniat oculus suauiter est ligādus ⁊ sine suppositiōe pile ⁊ non cesses in oculū de sief de thure sepe distillare donec sanies in pila uideaf Ex quo eni hoc visū fuerit sief de plūbo vti necesse ē vsquequo ꝓfunditas fiat plana ⁊ tota raro generef. ea tn̄ que diximus tunc sunt facienda cū pustula n̄ ē magna. Sillanus.

Ponit curā per aliud locale quod ꝯuēit qn̄ materia cōuertitur ad saniē ⁊ diuiditur i duas Primo ponit curā p mūdificatiua. Secūdo p carnē generātia. Secūda ibi. Ex quo eni. De prima dicit ꝙ qn̄ sanies generatur tūc sief d̄ olibano dꝫ mitti in oculū. secūdo dicit ꝙ pila oculo ē suppōenda ⁊ cum ligatura strīgenda. Tertio dicit ꝙ tu nō debes cessare mittere uel distillare sief in oculo donec sanies apparet i pupilla. Notandū ꝙ ulc᷒ oculi pōt mūdificari tripliciter: ⁊ ita quodlibet ulc᷒. s. primo cū abstersiuis ut idromelle facto cū aq̄ pluuiali ⁊ mell' rosꝫ colato ⁊ ꝙ ponatur pānus duplicat᷒ supra oculū secundo cā attractōis saniei sicut cū collirio rasis colato ⁊ quo ponatur armoniacū quod maxime attrahit imo sm̄ auctores trahit sagittam a corpore. Tertio cū desiccatiuis ut cū puluere trichie dicto supra: ⁊ iste tertius mod᷒ ē periculosus. Ad propositum capitur secundo modo ⁊ ponitur ut supra. Ex quo eni. Hic ponit curā per carnē generantia: ⁊ dicit ꝙ postq̄ꝫ uisum fuerit erit necesse uti sief de plumbo quousqꝫ ꝓfundītas fuerit plana ⁊ tota caro generetur. Ratio patet quia tale sief est generatiuum carnis ⁊ unitiuū q: ē desiccatiuatiuum non superflue ⁊ hoc conuenit in generando carnē ad desiccandum humiditatem superfluam membri que impediret generationē carnis. Secūdo dicitur quod ea que dicta sunt: sunt facienda cū pustula non est magna. ratio quia in uulnē magno requiritur fortius unitiuum quod non est in illo collirio. Almansor.

Quoniam cū magna fuerit. fuerintqꝫ

q₃ iuxta pupillá: aut inferius: ẽ tũc necesse ut cũ eleysir medicet̃ ne vuea egrediatur ad pile quoq₃ suppõem ⁊ ligaturá ẽ rcde undũ. Eger preterea semper supinus iacer̃ debet ⁊ a forti motu abstinere. Silla.

Hic ponit curam qñ pustula fuerit magna ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit curá p vnu₃ locale. Secũdo põit per q̃dam alia. secũda ibi Eger preterea. De prima dicit ꝙ ubi fuerit pustula magna circa pupillam uel iferiꝰ tũc erit ei necesse ut in cura approxietur eleysir. i. quoddam medicamẽ ne uuea egrediatur. rõ q₂ fortiter exiccat hoc colliriũ ⁊ fortiter ẽ unitiuũ ut p₃ per ingredientia. Secũdo dicit ꝙ redeũdum ẽ ad suppositionẽ pile uel ligature. rõ p₃. Eger preterea. Hic ponit curá per queda₃ alia localia: ⁊ dicit ꝙ eger d₃ iacere supinus. rõ ut humores fluant ad partẽ ꝯtrariá oculoꝝ. s. ad partem posteriorẽ. Secũdo dicit ꝙ debet abstiner̃ a forti motu: q₂ talis dissoluit hũores qui dissoluti fluũt facilius ad oculũ. Al.

Cum aũt caro in loco vlceris perfecte generata fuerit. uel locus apostematis carne repletus fuerit remanebit ibi ĩ oculo albedo. ꝙ si vlcus profundũ fuerit: albedo erit grossa. ⁊ si in superficie tm̃ cornee fuerit erit subtilis. vlcus quoq₃ si a pupilla fuerit remotũ ⁊ steterit sepatim p se vestigium illud quod redimet nichil mali faciet Si aũt iuxta pupillá qñq₃ fuerit pꝰ vlceris curationẽ vestigium remanens prohibebit visionem. Sil.

Determinat de ꝑypneumonia: ⁊ diuiditur ĩ duas. Primo ponit signa. secundo curã. secunda ibi. Jn ꝓncipio. De pria dicit ꝙ adhuc sunt ista signa. Primũ ꝙ est febris. Secũdũ ꝙ ẽ constrictio anhelitus ut putet se suffocari. Tertiũ in maxillis uehemẽs rubedo ⁊ uideãtur tincte. Quartũ dolor pectoris in parte anteriori. Quintũ tussis. Sextuz quod emittitur per screatũ ẽ spũosum. Septimũ in pectore ẽ grauitas sine pũctione ⁊ sine calore. cũ apparẽt hec signa oĩa: signũ est ꝙ patitur acutũ apostema ⁊ uocatur ꝑypneumonia. Rõ signoꝝ patet ex dictis. Jn ꝓncipio. Ponit curã dicẽs ꝙ in principio deb3 fieri phlebotomia ⁊ cephalica. Rõ qꝛ ꝓhibet fluxũ ad locũ. secũdo dicit ꝙ post phlebothomiã eger debet euacuari cum his cũ quibus curatur pleuresis. Rõ quia fiunt a simili loco: quasi ex consimili materia. ideoq3 recurratur illic. s. ad. c. precedens. ⁊ ita fit in cibis ⁊ potibus sicut dictum est ibi.

De sanguinis ꝓiectõe cũ sputo ⁊ sine vomitu ⁊ sine rascatõe. Sil.

Jrca rubricã ẽ notandũ ꝙ exit⁹ sanguinis ab ore põt prouenire a pluribus locis. Primo a cerebro per uiam stillicidii ⁊ maxie illis qui sũt soliti pati fluxũ sanguinis nariũ. secundo a gingiuis. Tertio a palato. Quarto a gutture. Quinto a trachea arteria. Sexto a pulmone. Septimo a pectore. Octauo a stõacho ⁊ ab aliis mẽbris ĩferioribus ut ab epate splene ⁊ matrice. Secũdo notandũ ꝙ signa distictiua quãdo ꝓuenit a dictis locis sunt quãdo a cerebro est dolor ⁊ grauitas capitis ⁊ consueuit exire per naꝛis

Signa distictiua qñ a gingiuis sunt qꝛ gingiue sunt sanguinolente uel ulcerate: ⁊ cũ fricãtur sanguificãtur ⁊ ꝙ aduenit absq3 rascatõne ⁊ tussi ⁊ silibus. Signa qñ a palatu sunt qꝛ uẽit

cū modica rascatione ⁊ modica tussi ⁊ ꝙ sāguis
ē clarus ⁊ spumosus ⁊ sine dolore ⁊ in maxillis
apparet alteratio coloris ad rubedinē. Signa
qn̄ a pectore sunt q: uenit cū magna tussi ⁊ ma
gno dolore ⁊ sanguis est plenus grossus ⁊ non
sic spumosus. Signa qn̄ a stō uł ab aliis mē
bris inferioribus sunt q: uenit cuz uomitu ⁊ do
lore loci uel mēbri uel ex retentiōe alicuius eua
cuatōis cōsueti: ut sanguis mēstrui uel emorroi
dał. Signa qn̄ ꝓuenit ex ruptura uene: quia
uenit cū magna quātitate. si uenit ex excoriatōe
cū parua. Tertio notandū de signis ꝓnosti
cis. Si sputū apparet sub rubeū in pleuresi uł
pipneumonia bonū. Omne sputū sanguis cuz
tussi qd̄ diu durat ducit ad ptisim. Sputum sā
guinis qd̄ subito uenit si uadit ad cor cito inter
ficit ꝓpter nimiā suā euacuatōnē. Omne sputū
sanguis ex excoriatione uix aut nunq̄z curatur.
Sputū ex parte fistularū ꝓueniens frequēter
reiteratur pi. Sanguis qn̄ uenit cum uomitu sit
notabił quātitatis ⁊ cū fe. fuerit mortale ē ⁊c.

Almansor.

**Um sanguis cū rascatōne aut par
uo sonitu q fit sine tussi egreditur
n̄ ē egro inde timendū. poterit. n.
sanari gargarizando ea q̄ i. c. de sinantia
noiauimus ⁊ regimē subtiliando. Silla.**

Hic determinat de exitu sanguis ab ore ⁊ di
uiditur in tres. Primo determinat de sputo sā
guis cum rascatōe. Scd̄o cū exitu sāguis cum
uomitu. Tertio de exitu sanguis cū tussi. Scd̄a
ibi. **Cū vomitu.** Tertia ibi. **Qd̄ si.**
Prima in duas. Primo docet ꝓnosticari ex ta
li sputo sanguis cū rascatōe. Scd̄o ponit curā.
Scd̄a ibi. **Poterit eni.** De prima dicit ꝙ cū
sanguis exit cū rascatōe: aut paruo sono qui fit
sine tussi non ē timendū ex eo. Rō q: signū ē ꝙ
fit a ꝑtibus ꝓpinquis: ut a gula trachea arteria
⁊ palato: unde medicia ꝯsolidatiua poterit faci
liter applicari. **Poterit eni** Ponit curaz
dicens ꝙ sputuz sanguinis dentiū poterit cura
ri gargarizando ea que diximus in. c. de sq̄nā
tia. Rō q: talia medicamina ꝯstringunt ⁊ ꝓhi
bent fluxū sanguinis ꝑ hiis recuratur illic. Se
cundo dicit ꝙ curatur subtiliando regimē. Ra
tio quia natura redditur potens ad retinenduz
fluxum sanguinis. Almansor

**Cū uomitu quoq̄z si exit sanguis n̄ ma
gnū affert timorem.** Sillanus.

Ponit curā uomitus sanguis: ⁊ diuiditur i
duas. Primo docet ꝓnosticari. Scd̄o pōit cu
rā. Scd̄a ibi. **Curaꝝ nāq̄z.** De prima dicit
ꝙ si sanguis ꝑ uomitū egrediatur nō ē mł'tum
timendū. Notandū ꝙ uomitus sanguis cau
satur dupliciter. Primo ex supfluitate sanguis
Scd̄o rōne male qualitatis sanguis ⁊ tunc si ve
nit ante signa digōnis ⁊ in die crisis non ē timē
dum. Ad propositum Rasis loquitur de prio
uel de ultimo. Almansor.

Curaꝝ nāq̄z hec phlebotomādo. Sill.

Ponit curā ⁊ diuiditur in duas. Primo facit
hoc. Scd̄o ostendit in q̄bus non est operandū
Scd̄a ibi. **Quibus aūt.** Prima in duas.
Primo ponit curā ꝑ phlebotomiā. Scd̄o ostē
dit curā ꝑ assumptionez per os. Secunda ibi.
Et si comederit. De ꝑ̄ma dicit ꝙ si fiat
phlebotomia talis fluxus curatur. Rō q: per
phlebotomiā sanguis diuertitur ab illo loco ⁊
operatur per aliū locū. Ad idē ualent uento
se posite in naribus. Ad idē ꝓuocatio emor
roidarum uel menstruorum. Al.

**Et si comederit stiptica sicut sumach ⁊
succū vue acerbe. Jn potu ꝑ̄terea sumat
ex boli armeni gūmi arabici balaustie san
guinis draconis thuris oium an̄. partibus
equalibus deñ ex eo. ʒ. iii. cū rob simplici
de citoniis. Quibus aūt solet accidere san
guis exitus cū iterpollatōne ex quo nullū
sentit nocumētū iōq̄z sic ē dimittēd⁹.** Sill.

Pōit curā per assumpta per os: ⁊ diuiditur
in duas ẜm ꝙ duo ponit remedia. Scd̄o ibi
Jn potu. De prima dicit ꝙ talis uomitus
sanguis curatur comedendo stiptica qualia sūt
sumach ⁊ succus vue acerbe. Rō pz. Notā
dū ꝙ cibus ꝯueniens ē farina tritici amidū fa
ba fracta lētes cicera fracta rizum costus recēs
panis azimus ꝑdices turtures colūbi. De fruc
tib⁹ utatur stipticis quales sūt nesple sorbe cito
nia pruna corna pira. **Jn potu.** Ponit scd̄z
remediū dicens ꝙ in potu dz sumi boli ar. gū
mi arabici balaustie sanguis draconis thuris
oibus ꝑtibus equales dētur. ʒ. iii. cum rob de
citoniis. Rō pz. Ad idē lac coctū cū lapidibus
fluuialibus. Ad idē aqua pluuialis ubi ferrum
ignitū fuerit extinctū. Ad idē uinū grossuz. Ad
idē bibat sepe syrupū de papauere cū aqua de
coctionis seis citoniorū uel mirtillorum. **Qui
bus aūt.** Ostendit in quibus non ē operan
dū dicēs ꝙ in aliquibus solet accidere exit⁹ cuz
iterpollatiōe ex quo seq̄tur alleuiatio ⁊ n̄ nocet
⁊ i talibus non ē operandū ⁊c. Al.

**Quod si cum tussi superueñiat sanguis
egressio est timorosum.** Sillanus.

Determinat de exitu sangis cum tussi ⁊ diui

65

ditur in duas. Primo docet pronosticari. Se
cundo ponit curã. Scđa ibi. **Et tamen.** De
prima dicit ꝙ si cũ tussi egrediatur signum est
suspectũ. rõ q: signũ ẽ ꝙ ꝓuenit a partibus di
stantibꝰ ut a pulmone uel pectore: unde timor đ
ptisi. Jtẽ q: remedia ñ pñt sic attingere ad locũ

Almansor.

**Est tñ incipiendũ ĩ curatõe egri cũ phle
botomia basilica. Deide ex trocisis istis in
potu ẽ tribuendũ. Qui. ℞. thuris sãguis
draconis amboꝝ añ. ʒ. iii. ⁊ tertiã karabe
ʒ. v. ematitis terre sigillate amboꝝ añ. ʒ. x.
aluminis. ʒ. ii. ⁊. ſ. balaustie. ʒ. iii. opii. ʒ. ii
xauetseni. ʒ. ii. ex his oibus fiant trocisci. x
de qbus quotidie unus ĩ potu sumat cum
succo ozimi maioris aut portulace ⁊ si egri
tudo vehemẽs fuerit alius circa noctẽ dã
dus ẽ. Adiutoriorũ quoqꝫ ac coxaꝝ partes
superiores sunt ligande ⁊ extremitates fri
cande. pectus ẽt p̃cipue si fuerit in eo locꝰ
dolẽs ex p̃dictis trociscis ex aq̃ ⁊ aceto epi
thiet. Eius p̃terea cibaria succũ vue acer
be ⁊ sumach ⁊ eis sil'ia admixta habeat.
Et patiẽs supinus iacens de terra sigillata
aliqd post aliq paulatĩ comedat.** Silla.

Ponit curã ⁊ diuiditur in duas. Primo po
nit curã per phlebotomiã. Scđo per alia loca
lia. Fa ibi. **Deinde ex trocisis.** De prima di
cit ꝙ in cura ẽ incipiendũ faciẽdo phlebotomiã
ex basilica. rõ q: ꝓpter phlebotomiaꝫ sanguis
diuertitur a ptibꝰ pectoris. Ad idẽ fiat phle
botomia de saluatella. Ad idẽ uentose posi
te ĩ natibus. Ad idẽ phlebotomia de saphe
na. **Deinde ex trocisis** Ponit curã per
alia localia ⁊ diuiditur in qnqꝫ ƀm ꝙ qnqꝫ po
nit remedia localia: partes patent. De p̃ma
parte dicit ꝙ in potu tribuendũ est de istis tro
ciscis. ℞. thuris sanguis draconis amboꝝ añ.
ʒ. iii. ⁊ tertiã karabe. ʒ. v. emathitis terre sigilla
te añ. ʒ. x. aluminis. ʒ. ii. ſ. balaustie. ʒ. iii. opii. ʒ
ii. xauedsemi. i. reubarbari. ʒ. ii. ex oibus istis fi
ant trocisci. x. de qbus quotidie unus ĩ potu su
matur cum succo portulace. Subdit ꝙ si egritu
do ẽ fortis alius trociscus ẽ dãdus circa noctẽ

Ad idẽ trocisci de karabe: trocisci de terra si
gillata. Ad idẽ. ℞. mumie masticis boli ar.
sanguis draconis añ ʒ. ſ. terãtur ⁊ ꝯficiantur:
cũ succo solatri uel plantaginis. fiant trocisci. ʒ.
unius cũ succo portulace. Ad idẽ. ℞. conser
ue roƀ. uiol'. añ. ℥. i. triasãdali qr̃ƀ. i. coralli ru.
seis portulace seis plantaginis añ. ʒ. ii. conficiã
tur ad inuicẽ cũ aqua roƀ. fiat electuarium. Ad
idẽ. ℞. pulueris diadragaganti frigidi. ℥. ſ. ka
rabe coralli ru. lapidis emathitis boli ar. añ. ʒ
ſ. sanguis dracõis gũmi arabici añ. ʒ. i. seis plã
taginis sempuiue añ. ʒ. ſ. masticis olibani añ.
ǧ. iii. carniũ uuaꝝ passaꝝ bene pinguiũ. ℥. i. aq̃
roƀ. aq̃ portulace añ. ℥. i. zuccari al. q. sufficit fi
at electuariũ. Ad idẽ puluis lapidis emathi
tis distemperatus cũ succo portulace paulatim
transglutiatur. Ad idẽ. ℞. granoꝝ mirthi
seis plantaginis sƀtiliter puluerizati añ. ʒ. i. mi
sce cũ aqua portulace ⁊ paulati transglutiatur.

Ad idẽ puluis terre sigill'. Ad idem pul'is
boli ar. Ad idem cauda equina. Ad ideꝫ
semẽ mirtilloꝝ. Ad idem sirupus papaueris
uel de iuiubis uel mirtilloꝝ cum aqua decoctõ
nis seis citonioꝝ uel mirtilloꝝ. Ad idem ua
let masticatio portulace ⁊ succus ⁊ corpus ⁊ se
men ⁊ sũ expertus quod ualet a ꝓprietate.
Ad idem succus plantaginis potatus cũ modi
co opii ⁊ ẽ ultimũ remediũ. **Adiutoriorũ.**
Ponit ƀm locale dicens ꝙ partes brachiorum
⁊ coxarũ superiores sũt ligãde ⁊ extremitates fri
cande. rõ q: ex his diuertitur sanguis ad ꝯtra
rium rõe doloris. **Pectus ẽt.** Ponit ter
tiũ locale dicens ꝙ pectus dꝫ ephitimari ex tro
ciscis p̃dictis cũ aceto ⁊ aqua. rõ q: constrigũt
⁊ ꝓhibent fluxũ. Ad idẽ. ℞. olei roƀ. olei mir
tillini olei amigdalarũ dulciũ añ. ℥. i. succi cito
nioꝝ. ℥. i. cere. q. sufficit fiat ungtm̃. Ad idẽ. ℞
puluerẽ thuris cũ albumine oui ⁊ suppone.
Notandũ ꝙ licet p̃dicti trocisci ualeant ex par
te sanguis nocẽt aũt ex parte tussis. q: constrin
gunt: ⁊ in hoc errant ponẽtes ab extra pure sti
ptica: iõ conuenit unguentũ dictum. **Eius pre
terea:** Ponit curã per alia localia dicens ꝙ
cuꝫ cibariis dꝫ misceri sumach ⁊ succꝰ uue acer
be. rõ pꝫ. Ad idẽ terra sigillata in cibis sum
pta ⁊c. **Et patiens.** Ponit curã per aliud loca
le dicens ꝙ patiens iacens supinus dꝫ paulati
sumere de terra sigillata. q: stiptica ꝯsolidant
partem a qua fluit san. Ad idem ualent pillule
iste posite sub lingua. ℞. dragaganti seis por
lace modicũ assati gũmi arabici añ. ℥. ſ. lapidis
emathitis anthere boli ar. terre sigill'. karabe
coralli ru. añ. ʒ. i. mucillaginis psilii. ʒ. i. ſ. pulue
rizanda puluerizẽtur subtiliter misce oia cũ aq̃
portulace ⁊ mucillagine psilii. ʒ. i. fiant pillule ꝯ
presse ad quantitatẽ fabe. Ad idem fiant pillule
ex puluere boli ar. gũmi arabici ⁊ p̃cidii cuꝫ aq̃
ordei in infusione dragaganti teneantur sub li
gua ut dissoluit trãsglutiatur ⁊ trãseant ad spu
malia. Notandum ꝙ si uena consolidata

remaneat sanguis in cõcauitate pectoris ꝯpetũt mundificat ⁊ inter oĩa triacha antiqua ualet cũ aqua decoctõis ligritie ⁊ capill'. ueneris. Secundo notandũ qđ in exitu sanguis a pectore: ꝯpetit qꝛ modica locutio. utet balneũ ⁊ exercitium salsa acuta ⁊ acetosa. Rõ pꝫ.

De ptisi. Sillanus.

Circa rubricã est notandũ ꝙ ptisis est ulcus pulmonis cũ cõsumptõe totius corporis. Scđo notandũ ꝙ cã huius passionis sunt oĩa que ulcerant pulmonẽ ⁊ una cã põt eẽ materia reumatica decurrens a capite siue fuerit sanguinea siue acuta colerica siue phlegmatica salsa corrosiua: unde sicut guta cauat lapidẽ sua frequentatõe siue frequẽtia: ita stillicidũ reumaticũ pulmonẽ ulcerat. Scđa cã põt esse apã oris cũ rumpitur ⁊ uadit ad pectus ⁊ nõ mundificatur. Tertia cã pñt esse passiones que sunt iuxta clibanũ pectoris ⁊ nõ mundificantur bene sicut est in pleureſ ꝑiplemonia sputũ sangis ⁊ sanies in pectore aggregata: ut ĩ empimate. Quarta cã põt eẽ retẽtio menstruorũ ⁊ emoroidarũ ⁊ uapor corruptus ascendẽs ad pulmonẽ. Quinta cã põt eẽ nimia caliditas exterior ⁊ frigiditas rumpens uenas aer uẽtus ⁊ longa mora in cauernis mineraliũ ⁊ iuxta fornaces ubi funduntur metalla ⁊ opari cũ argento uiuo ⁊ silĩa que stringunt pectus ⁊ pulmonẽ ledũ: sicut aer autũpnalis casus ⁊ percussio. Tertio notandũ ꝙ signoꝝ quedã significant ꝑparationẽ ⁊ dispositionẽ ad ptisim ⁊ pñt dici sigñ ꝓnosticantia ptisim. quedam significant ptisim actu ⁊ dicuntur demonstratiua. Sigñ significantia ꝑparationẽ ad ptisim sunt habere collũ longũ eminentiam epigloti humeros eleuatos pectus strictũ ⁊ debile cerebrũ reumatizãs actu. Signa uero que significant ptisim actu: sunt fe. ethica lẽta: laborant ⁊ aggrauantur magis post cibũ. tussis ⁊ difficultas anhelitus rubedo maxillaꝝ: sputũ saniosuſ: pulsus subtilis ⁊ strictus: Urina subtilis non multũ tincta oleaginea ⁊ ꝓpe mortẽ apparet curuitas unguium casus capilloꝝ: fluxus uentris ⁊ retentio sputi. Ratio signoꝝ quia in ptisi pulmo ẽ ulceratus: unde nõ põt debite euentare calorẽ cordis: unde calefactũ eẽ ponitur in corde ⁊ in oĩbus mẽbris: ⁊ tale ẽ ethica cũ consumptione corporis. Uerificatur ꝑm qꝛ in ptisi est fe. ethica. si in tali semp sentitur calefactio ⁊ aggrauatio pꝰ cibum ⁊ hoc ẽ qꝛ oĩs arida caliditas cũ irroratur ꝑniciorẽ ostendit caliditatẽ. Uerificatur tertiũ qꝛ ĩ ptisi ẽ materia nociua ĩ pectore que facit tussim ⁊ qꝛ ꝓhibet attractionẽ aeris facit' difficultateꝫ in anhelitu. Uerificatur quartũ: qꝛ in ptisi ẽ ulcus in pulmone unde a pulmone eleuantur mali uapores ad maxillas hñtes colores pulmõis Uerificatur qntũ: qꝛ in ptisi ẽ sanies in pulmõe que expulsa facit sputũ saniosũ. Uerificatur sextũ: qꝛ in ptisi ẽ debilitas uirtutis: ⁊ sic fit pulsus subtilis ⁊ priuatio humiditatis naturalis ⁊ sic fit strictus pulsus. Uerificatur septimũ: quia in ptisi ẽ cõsumptio totius corporis: ideo uriã sbtilis ẽ ⁊ non multũ tincta: qꝛ pauca colera admiscetur ꝓpter debilitatẽ expulsiue ⁊ priuationeꝫ digõis contingentẽ ex debilitate uirtutis apparet ẽt oleaginea ex liquefactõe pinguedis membroꝝ que cũ liquefit currit ad epar ⁊ cum urina miscetur. Uerificatur octauũ ꝓpe mortẽ ⁊ ẽ curuitas unguium ⁊ sic incuruantur ⁊ sic casus capilloꝝ ꝓpter consumptionẽ humiditatis naturalis: unde radices piloꝝ non pñt conseruari: fit fluxus uentris ꝓpter multaꝫ uirtutis digestiue debilitatẽ uel naturalis ⁊ retentio sputi ꝑꝑ ultimã debilitatẽ uirtutis expulsiue. Sed notandũ circa qntum signũ sumptum a sputo ꝙ est experimentũ ad cognoscendũ utrum sputum ẽ saniosũ ẽ. Primo qꝛ si proiciatur super carbones ⁊ fetet ẽ saniosũ. scđo ꝓiiciatur ĩ aq̃ ĩ aliquo in uase: si descenderit ad fũdũ est saniosũ ⁊ ista signa sũt multũ notanda in actu practico ⁊ ego multotiẽs exꝑtus sum ⁊ uerũ inueni. Quarto notandũ de signis ꝓnosticis. ptisis antiqua nõ recipit curã. Prima causa ẽ qꝛ ulcus est iã fistulatũ ⁊ ꝓfundũ. Scđa cã est quia pulmo est in continuo motu. Tertia cã: qꝛ ulcus non põt mũdificari cũ tussi: ⁊ in tussi ẽ fortis motus: ideo facit ad dilatationẽ ulcerũ. quarta cã est: quia ulcus est in profundo ⁊ uirtus medicinarum non potest attingere ⁊ si attingit hoc est cuꝫ modica uirtute. Quinta causa potest eẽ carentia rerum conuenientium: quia si medicamina sint calida febris augumentabitur cum semp ethica cõcomittetur: ⁊ si frigida non poterit penetrare ṽtus si sint sicca desiccabitur corpus ⁊ consumetur: cum sicca sint consumptiua. si sint humida oppilant ⁊ putrefiunt. Cauendũ tamen est in pronosticatione ptisicorum: qꝛ loquendo moriuntur. Notandum etiã ꝙ ptisis põt longo tp̃e palleari. s. in pueris ⁊ in senibus ⁊ pinguibus ⁊ carnosis ⁊ specialiter in mulieribus. Secundũ signum est quando sputum ptisci cadit sup carbones ⁊ fetet ⁊ ẽ casus capillorum in curuatio unguium ꝓstractio appetitus retentio sputi fluxus uentris: tunc ptisicus approximat morti ⁊ ẽ

expeditus. Almansor.

Um aliqs diminutioné pati videtur post tussim ex cronica passiõe ⁊ sputo sanguis aut saniei ꝓcedé té lac asininũ in potu tribuaſ. Quod si inueniri nõ poterit caprinũ cũ pauco zuccaro dandũ est cum quo etiam pané sepe comedat. ipsumqꝫ quanto plus põt loco aq̃ in potu sumat. Uinũ tñ subtile ⁊ temperatũ aliqñ é tribuendũ. Nutrimétuꝫ quoqꝫ egri sit ex carnibus auiũ ⁊ hedina. Eger ꝓterea ante comestioné ⁊ post balneuꝫ ingrediatur qð nõ sit calidũ sed tepidũ ⁊ in semicupio morã faciat. Sillanus.

Hic determinat de ptisi: ⁊ diuidit i duas. primo ponit curá per ipsuꝫ lac. Scðo ostendit qd fiendũ quando ex lacte febris generatur. scða ibi. Qð si lac. Prima i duas. Primo facit quod dictũ é. Scðo ponit canoné obseruañ scða ibi. Sũmo opere. Prima in duas primo põit curá per dietá. scðo p balneũ. scða ibi. Eger prima in duas. Primo ponit curaꝫ per lac asininũ. scðo per uinum. Tertio p cibũ. secunda. ibi. Uinũ tñ. Tertia ibi. Nutrimentũ. De prima dicit ꝙ cum aliqs habuerit consumptõm carnis ꝓuenienté ex tussi cronica cũ sputo sanguinis. aut saniei suple hoc signũ é ptisis. in potu dꝫ dari lac asininũ. secũdo dicit ꝙ si lac asininũ non reperitur é dandũ caprinũ cũ pauco zuccaro cũ quo ét põt comedẽ sepe pané. Tertio dicit ꝙ ipsũ debet sumi in potu loco aque quantũ plus possibile est. De secũda parte principali dicit ꝙ uinũ subtile ⁊ temperatũ aliqñ in potu é tribuendũ. De tertia dicit ꝙ nutrimentum egri debꝫ eé auium ⁊ hedorũ.

Notandum ꝙ eoꝝ que ualent i cura ptisicorũ: quedá sunt que habent naturá cibi ⁊ pot⁹ quedá sunt que habent naturá cibi ⁊ medicine: queda sunt que habent naturam medicine. Ea que habent naturá cibi ⁊ potus sunt tria. s. lac uinũ ⁊ ptisana. Primo dicamus de lacte. In ptisi eni sunt tria. s. ulcus sanies ⁊ cõsumptio: ulcus indiget consolidatiuis: sanies mundificatiuis: consumptio nutrimentis resumptiuis. nũc autem sũmus deus creauit omnia ista in lacte: In lacte eni é pars serosa per quaꝫ abstergit ⁊ ibi é pars casealis per quá consolidat: ⁊ ibi est pars butrosa per quá nutrit ⁊ resumit. Lac tñ mulieris magis conuenit. deinde asinaꝝ: deide lac caprinũ ⁊ sicut aialia nutritis in locis altis: ⁊ siccis: ⁊ nutrimentuꝫ sit ordeũ bethonica feniculus petrosilinũ agrimonia: ⁊ aduertatis ꝙ sit asina nõ sit nimis larga nec nimis cõstipata nec nimis in ocio nec nimis i labore. Modus auté assumendi sit ab ubere: ⁊ si nõ sit possibile habeatur scutella abluta aq̃ calida ⁊ sit uacua ⁊ stet super aliá scutellá plená aqua calida ⁊ mulgeatur ⁊ sorbeat stati. lac eni citissime corrumpitur: ⁊ si times corruptioné bulliatur ad ignem: ⁊ ponatur parũ salis ⁊ mellis ⁊ sorbeantur ⁊ ꝓiciantur in lacte lapides igniti fluuialeſ: aut ferrũ ignitũ: ⁊ consideret medicus ꝙ bene digeratur: ita ꝙ post consumptõm nõ senciat tortiões nec dolores nec eructuatiões fumosas: aut acetosas. quoniá sicut cum digeritur facit magnuꝫ iuuamentũ: ita cum non digeritur facit magnũ nocumentũ. sciendum é hic ꝙ i toto illo tépore quo lac é in stõ nõ debet sumi uinum: qm̃ uinuꝫ facit coagulare lac i stõ: unde transit in naturá ueneni: ⁊ propter hoc uinum non datur pueris purus. Cauendum est ét a lacte quando est fe. putrida. Secundum ꝙ hꝫ naturá potus ⁊ cibi é uinum: qm̃ abstergit mundificat ⁊ nutrit: ⁊ velociter conuertit in spũs ⁊ sanguiné. sit ergo vinum album claꝝ nõ nouum cum multa aqua pluuiali. uitetur tñ si sit fe. putrida ⁊ cum sumitur lac ut dictũ é. Tertiũ aũt ꝙ habet naturam cibi et potus é ptisana ordei uel aqua ordei ipꝫ eni abstergit mundificat et nutrit ⁊ infrigidat. ⁊ potest dari oi hora seruata debita quantitate. Ea auté que hñt uirtuté cibi ⁊ medicie sũt quattuor. s. zuccarum mel de roſ. cancri fluuiales ficus sicce ⁊ multi alii fructus. De melle itelligendum é ꝙ abstergit nutrit mũdificat ⁊ penetrat: ió est uehiculum aliarũ medicinarũ q̃ ualent ad spũalia. Si auté eét febris putrida: aut calor fortis posset fieri idromel aquaticũ. scðm é zuccarum roſ. antiquũ ⁊ quidá nutriunt eos cũ tali solum ⁊ prolongant eos in uita: ⁊ hoc dicit Auic. decia tertii. c. de etisi: ⁊ si ꝓpter roſ. acciderit aliqua constrictio. utatur syrupo facto ð isopo: ⁊ si ꝓpter isopũ accidat calefactio utatur trociscis de camphora ⁊ diadragagáto frigido. Tertium é cancri fluuiales de quib⁹ notandum ꝙ sunt medicina benedicta ut uolunt oés sapientes. decoquátur ergo in aqua dulci donec possint mundari ⁊ abiectis iterioribus ⁊ extremitatibus fortissime abluátur cum lixiuio facto cũ aqua cineris uitiũ et post coquátur usqꝫ ad perfectioné in aqua ordei ⁊ comedatur sbstantia et potetur aqua decoctõis. Quartũ est ficus sicce et similes fructus: sicut pinee phistici uue passe munde sebesté iuiube. Ea auté q̃ hñt naturá medicine. quedaꝫ sunt simplices et

quedā ꝯposite. Simplices sunt radix ireos ari
stologia capillus ueneris recēs isopus orobꝰ se
mē bōbacis semē papaueris fenugrecū ⁊ siliq̄.
Sed ꝯposita sunt diuersa. Sirupus. primo. ℞
radicis ireos isopi añ. ʒ. i. capill' ueneris recen
tis. M. iii. quattuor seminū frigidorꝝ mūdato
rū seis endiuie seis scariole seis lactuce seminis
portulace seis coriandri seis papaueris al. seis
malue bombacis fenugreci orobi liq̄ritie mun
de uuarꝝ passarꝝ ab arill' mundatarū. caricaruȝ
iuiube sebestē phisticorꝝ pinearū mundataruȝ
amigdalarꝝ excorticatarꝝ ordei mundi añ. ʒ. ii.
decoquātur lento igne lignis siccis de iunipero
cū aqua dulci fontis sine fumo addatur mell'.
ros. ℔. ſ. zuccari al. ℔. ii. fiat syrupus ⁊ clarifi
cetur. Uidelicȝ eni ptisicis ethicis ⁊ cōsūpti's in
tussi ⁊ asmate: q̄m abstergit mūdificat lenit nu
trit ⁊ cōsolidat ⁊ ad saniē spuēdā uirtutē fortifi
cat. Sapiens eni medicus pōt accipere unū
uel plura ex istis uel pōt facere sirupū uel ell'uȝ
uel pillulas uel troci. uel empl'm iuxta cōueniē
tiā particulariū. Ad idē. ℞. radicis ireos. ℥
ii. capill' ueneris recentis isopi añ. M. i. ordei
mundi quart. i. ſ. quattuor se. frigidorū maiorū
⁊ minorū mundatorū seis malue bismalue seis
fenugreci orobi iuiube sebestē añ. ℥. ſ. liquiritie
rase uuarū passarū mundatarū añ. ℥. i. mellis
electi quart. i. zuccari al. quart. iii. fiat syrupus
ꝑfecte clarificatus cū aqua pluuiali ⁊ si in aqua
extinguatur ferrum ē bonū ⁊ fiat usq̄ ad q̄rt.
v. Electuaria calida que mundificāt ⁊ abster
gunt sūt hec dyayris dyaysopus ⁊ dyaprassiū
dyacalamentū dyasq̄lla loch de sq̄lla. Electua
ria f̄ria sunt hec zuccarū ros. zuccarū uiolatum
diadragagantum frigidū. Uel electuariū resū
ptiuū diapenideō sine spēbus calidis dyarodō
abbatis. sil'iter trocisci de camphora. Cōposi
ta sunt. ℞. zuccarū ros. ueteris karabe marga
ritarū nō perforatarum ossis de corde cerui sā
guis draconis añ. ʒ. ſ. misce sumat mane ⁊ sero
ad modū nucis. Ad idē bethonica data cuȝ
melle. Ad idē radicis ireos recentis īfuse ꝑ
noctē in sirupo ros. ʒ. ii. diadragaganti frigidi
℥. i. candi penidiarū añ. q̄rt. ſ. zuccari al. ℔. i.
fiat electuariū totū albū. Ad idē. ℞. carni
um testudinis nemorū bene preparatarū. ℥. i.
misce. Ad idē. ℞. dyayris dyapeinidiō añ.
℔. ſ. Ad idē. ℞. conserue ros. rub. quart. ſ.
pulueris dragaganti frigidi. ʒ. v. pulmonis uul
pis. ℥. i. se. feni. puluerizati. ʒ. ſ. zuccari alb. q.
sufficit misce. Ab extra fiat empl'm. ℞. sūmi
tatū aneti fenugreci orobi seminis lini ordei da
ctilorum pinguiū caricarū aristol'. ro. añ. ʒ. ii.
ꝯquassentur ⁊ bulliant in aqua: si ē calor fortis
misce cuȝ oleo uiol'. si debilis cum anetino fiat
empl'm ⁊ extendatur supra pectus. Ad ideȝ
ualent unguenta resumptiua dicta in. c. de spas
mo ⁊ alia que ꝯpetunt in ethicis sicut unguētū
albū Gal'. ⁊ unguentū populeon. Nota de
cibis ptisicorū carnes sint usualiū uolatiliuȝ ui
uentium in oratis arboribus ⁊ nō in aquis he
dine ⁊ uitulline lactantis carnes pullorū utatur
testiculis uulpis ⁊ pulmone: q: mirabiliter con
ferunt. cibus de farina cocta cibus de colatura
furfurum de simula de farina ordei ⁊ farina fa
barꝝ lentiū. rizo spelte cicerū auene ⁊ amidi con
ficiantur cum lacte amigdalarū: aut caprinarū
aut cum brodio pulli coquantur: s'm diuersita
tem particularium secundū q̄ uolumus cōglu
tinare abstergere uel nutrire. Interdum potest
uti spinachiis boragine feniculo petrosil'. lac
tuca portulacą melonibus ⁊ cucurbitis: ⁊ si nō
eēt febris putrida utatur ouis sorbibilibꝰ ⁊ fru
ctibus dictis supra. Pānis sit debite fermenta
tus cum debita quantitate sal' bene coctus.
Eger preterea. Ponit curam per balneum
dicens q̄ eger ante comestionē ⁊ post comestio
nē debet ingredi balneū quod sit tepidū ualet
ad humectandū ante cibū per uiam irroratōis
sed post ualet: q: attrahit nutrimentum ad mē
bra. Secundo dicit q̄ in uase debet contrahere
moram quousq̄ apparet inflationem uenaruȝ
fieri. Almansor.
**Sūmopere vero cauenduȝ ē ne uenter
soluat'. Cui tñ si solitus fuerit ex hꝰ pulue
ris bibitione succurrenduȝ ē. Qui. ℞. gū
mi arabici spodii boli armeni seis mirtini
omniū añ. ʒ. i. fiat ex eis puluis de quo in
die. ʒ. iii: cū sirupo d' papauere al. aut rob
mirtino dent': huius quoq̄ pulueris bibi
tio oībus ventris cōstrictione indigentibꝰ
q̄ tussim patiunt' remediū affert cui pluri
mūq̄ addunt' xilocaracte de siria ⁊ bdeli
um de mecha. Quod si lac egro febreȝ ge
nerauerit auferēdū ē ei lac ⁊ ptisana quo
usq̄ fe. recedat danda. deīde lac ei denuo
tribuat' ⁊ si febris iterū redierit remoto la
cte ptisana est dāda. post cuius recessionē
vt prius ad lac est redeundū. hoc aūt sem
per est faciendū cum necessitas urget ⁊ uē
ter sūme cauendū est ne soluatur.** Silla.
Ponit canonē obseruañ ⁊ diuiditur ī duas
Primo facit hoc. Scdō docet succurrerē fluxui
uentris. Secunda ibi. Cui tñ. De prima

67

dicit ꝙ ualde ē cauendū ne fiat fluxus uentris:
De ħo docet succurrere fluxui uentris: dicens
ꝙ si fiat fluxus uentris est dandū de hoc pulue
re. ℞. gūmi arabici spodii boli ar. seis mirti.
aā. ʒ. i. fiat ex eis puluis de quo omni die: ʒ. iii.
cū sirupo de papauere al. cū rob de mirto den
tur. Subdit ꝙ aliquādo addatur xilocaratte:
de siria ⁊ bdelium de mecha. Rō patet. Qđ si
lac. Sſcđo ostendit qd sit fiendū qñ ex lacte fit
febris. dicens ꝙ si lac generauerit feb. ptisana
quousqꝫ fe. cessauerit danda ē: scđo dicit ꝙ pꝰ
recessum febris lac ē tribuendū ⁊ sic ē faciendū
qñ necessitas urget. Tertio dicit ꝙ custodiēduꝫ
est ualde ne fiat fluxus uentris. rō pꝫ. Notā
dū ē ꝙ licet in piplemonia rumpantur apa ⁊ sit
ibi sanies ⁊ ulcus non tñ ꝓpter hoc necesse ē pti
sis ꝓ tanto: qꝛ i piplemonia apa ē magis i uela
mine pulmonis qꝫ i sƀa sui cū ulcus ñ ē magnū
⁊ cū hoc sanies nō ē ꝓpter putrefactōnem i sƀa
pulmonis: sꝫ apatis. in ptisi autē putrescit pars
sƀe pulmonis. Scđo notandū ꝙ rař nō fecit
mentionē de empimate qđ est dispositio satis ꝓ
pinqua ad ptisim qđ empima ē sanies i cōcaui
tate pectoris exñs. Tertio notandum ꝙ cau
sa empimatis ē uel catarus descendēs a capite
ad concauitatē pectoris ⁊ ñ expellitur nec ꝑ tus
sim mundificatur. unñ in saniē transmittatur. uł
qꝛ apa rumpitur ⁊ ad cōcauitatē pectoris fluit
materia sicut in squinantia pleuresi uł piplemo
nia uel qꝛ humores fluunt a toto corpore ad cō
cauitatē pectoris. Quarto notandū ꝙ signa
empimatis sunt fe. lenta: sed plus de nocte quā
de die supcalefactio manuuꝫ ⁊ pedū. tussis cuꝫ
falsa quiete. Signa ad cognoscendum in qua ꝑ
te sit sanies sunt duo. Primuꝫ ꝙ si sanies sit in
parte dextra ⁊ iacet supra sinistra parte maior
dolor ⁊ maius pondus sentitur. Qđ si iacet su
per parte dextra nō pōt ire ad sinistrā ideo i ta
li decubitu iacet super pāniculū mediastinū di
uidentē pectus per mediuꝫ ⁊ sic sentitur maius
pondus qꝫ ecōtra. ħm signuꝫ itigatur filū i bo
lo ar. ⁊ circuncigatur pectori ⁊ ubi cicius exicca
bitur ibi erit sāies ⁊ si i utroqꝫ latere fuerit utro
biqꝫ uerificātur ea q̄ dicta sunt. signa ꝓnostica
Primum sanies pꝰ sputum sanguis maluꝫ. ħꝫ
sanies pectoris si sit multa ⁊ uirtus fortis pote
rit expelli pars per tracheam siue per sputū ꝑs
per uias occultas transit ad stōm ⁊ expellitur
per uomitum: pars transit ad epar ⁊ si ad cōca
uum epatis ad intestina expellitur. si uero ad
gibbum ad uias urine. si sanies sit multa ⁊ ṽtꝰ
debilis suffocat. uel quia materia uadit ad cor

uel ad uias anhelitus. Si materia fuerit pauca
⁊ ṽtus debilis mundificari pōt in. xl. diebus ⁊
si ultra maneat trāsit ad ptisim. Tertiū signū si
materia saniosa sit uiridis: aut nigra malū est si
expellitur cū laboriosa tussi ⁊ fe. nō cessat mole
stū ē. Quartū signū. si sputū fuerit al. lene cum
modica tussi ⁊ alleuiatōe fe. ⁊ bōitate appetitus
⁊ fortitudine ṽtutis ē signū salutis ꝯtrariū ṽo ē
signum mortis. Sciendū hic ꝙ sanies in cō
cauitate pectoris existens deludit medicū: qꝛ ut
pł'm iudicantur ptisici ⁊ icurabiles ⁊ sanie mū
dificata euadūt qđ ē medico uituperiū. Consi
derantur ergo p̄dicta superius de ptisi hec si
gnificantia. Quinto ē notandū ꝙ cura empia
tis satis ꝯuenit cū cura tussis applicādo modo
emplastra mō sirupos modo electuaria mō pil
luas modo trociscos modo gargarismata: de
istis oībus dictum ē supra ideo recurratur illic.

De tremore cordis Sillanus.

Jrca rubricā ē notandū ꝙ tremor cor
dis ē motus tremulus preter naturaꝫ
Scđo notandū ꝙ cā tremoris cordis
pōt eē extrinseca uel intrinseca. Sicut supfluus
calor subito superfluū frigus: inanitio supfiua:
⁊ accidentia aie cū sint i ꝓcessu. Uenenū sūptū
morsus aialium uenenosoꝝ. fe: pestilentiał. uer
mes ⁊ oīa q̄ in excessu de ṽtute cordis. Si cā sit
ītrinseca sic pōt eē ex malitia mēbroꝝ habentiū
uicinitatem: aut colligantiā cū corde: ut ꝑꝑ pas
sionē stōi cerebri epatis pulmonis splenis ⁊ ma
tricis. Sił'r pōt eē ꝙpter uentositatē: aut ꝓpter
nimiū sensū: aut uaporē sāguis corrupti uenien
tis ad cor: aut a colore phł'atis: aut melancolie
aut ꝓpter malā ꝯpłōnē calām aut frām cū ma
teria uel sine materia cum apate uel sine apate.
Tertio notandū de signis cārū. Signa cārum
extrinsecaꝝ habentur ex iuditio patiētis. Si ex
passionibus alioꝝ mēbroꝝ discernitur per passi
ones ⁊ signa illorū. Si uenit ex ṽmibus plꝰ affli
gitur ante cibū. si ex sensu ⁊ raritate aduenit ex
q̄cūqꝫ facili cā. si ex uentositate cito aduenit ⁊ ci
to recedit. si ex caliditate pulsus ⁊ anhelitus sūt
ueloces frequētes ⁊ inordinati. signa si ex sāgui
ne ē tremor cordis urina ē grossa ⁊ pulsus spis
sus facies rubea calor in parte cordis sitis regi
mē p̄cedens multiplicās sanguinē. si fuerit letꝰ
⁊ liberalis. signa si ex colera. Urina citrina ⁊ te
nuis pulsus uelox ⁊ frequēs sitis nimia calor in
tensus regimē precedens multiplicans coleraꝫ
si iuuuenis animosus: qꝛ cucurrerit ⁊ laborauе
rit. signa ex phł'ate. Urina est remissa spissa pul
sus paruꝰ tardus ⁊ inordinatus somnolentꝰ et

pusillanimus regimem multiplicans phl'a. ñ sit phl'aticus ⁊ in hieme. Signa si mel'ia. Si fuẽit mel'icus timidus ⁊ extenuatus i autũno ⁊ sil'ib⁹ signa ꝓnostica si tremor cordis diu durauerit significat mortem. scõm signũ, si post tremorez adueniat uomitus prassinus ⁊ tremor nõ cresscat significat spasmũ ⁊ morté. Tertiũ signum si apa aduenit cordi. si magnũ ⁊ calidũ interficit eodé die. si paruum sicut pustula interficit q̃rto die. Quartũ si uulnus aduenit cordi ⁊ si in dextra parte stati interficit si sit magnũ. si sit puum eodé die. si in sinistra eodem die siue sit magnũ siue sit paruum. Al.

I cum cordis tremore fuerit pulsus uelocitas ⁊ febris eger ex basilica est minuendus. Sillanus

Determinat de tremore cordis: ⁊ diuiditur i duas: Primo ponit curá qñ ꝓuenit a cá cal'a. s°o quando fit a causa frigida. Secunda ibi Si autem. Prima in duas. Primo ponit curam per phlebotomiá. Scõo per localia. s°a ibi. Et trocisci De prima dicit ꝙ si cũ tremore cordis fuerit uelocitas pulsus ⁊ febris: tũc arguendũ est ꝙ fit a causa calida. secundo dicit ꝙ ꝓ cura ꝯpetit phlebotomia de basilica. s. si fuerit a sanguine patet. Al.

Et trocisci camphorati cũ succo maloꝝ acetosoꝝ in potu sunt tribuendi. Q̃d. ℞. spodii seis cucumeris citruli endiuie lactuce portulace rosaꝝ sandali albi oim partes eq̃les ⁊ pro uno quoq3 pondus aur. uni⁹ ex eis sumãr triũ. g̃. cáphre ordei põdus ex quibus cũ succo matianorũ cõfectis. fiant trocisci de q̃bus in potu quotidie vn⁹ aurei põdus quaq3 die tribuar quod per duas ebdomodas fieri cõuenit. Si autem hec non suffecerit lac de quo butirũ sit extractũ ad bibendũ detur. Ipe uero nutriatur ex pillulis cũ aceto ⁊ succo uue acerbe ⁊ ex acetoso. Sirupũ preterea acetosum d̃ zuccaro factum bibat. Sillanus.

Ponit curam per alterantia: ⁊ diuiditur i duas. Primo ponit curá per trocis. Secundo per dietá. secunda ibi. Ipe u°o. Prima diuiditur in duas. Primo facit quod dictũ ẽ. Secundo ponit curá per aliđ assumptiuũ per os. secũda ibi. Si aũt. De primo dicit ꝙ in potu sũt dandi trocisci de cáphora cum succo malorum acetosoꝝ qui sũt. ℞. spodii seis cucũeris citruli endiuie lactuce portulace rosaꝝ sandali al. oiu3 partes equales pro vno quoq3 sit põdus aurei unius ex eis sumatur cáphore ad põd⁹ granoꝝ trium ordei: ex q̃bus cum succo macianoꝝ ꝯfectis. fiant trocisci de q̃bus detur oi die ad põd⁹ aurei unius. ⁊ hoc d3 fieri ad duas hebdomadas. Notanduz ꝙ in tremore cordis ex causa calida cũpetunt aromatica frigida quorum q̃dam sunt simplicia ⁊ quedá ꝯposita. Simplicia sunt sicut uiole nenufar rose sandali oés coralli margarite cáphora os de corde cerui iacitus smaragdus rasura eboris karabe coriádꝝ lutũ sigillatum acetũ agresta succus acetose succus g̃natoꝝ succus acetositatis citri limoniu3 citranguloꝝ aqua rosaꝝ fruct⁹ aromatici sicut citonia pira poma lac acetosũ. Composita sũt ille ꝯfectóes q̃ sunt ex his diamargariton dyarodon abbatis sine spéb⁹ dyaboraginatu3 zuccarũ rof. aut uiol'. dyadragagátũ tria sandali aq̃ rof. manus xp̃i cũ plis ⁊ mixtura cũ his p̃dictis facta q̃ cõmuniter utantur medici. confectio ex acetosis Mesue terocisc. de uiol'. trocis. de camphora. Ad idé ualet hec confectio. ℞. cõserue rof. ru. ℥. s. cõserue buglosse. ℥. ii. ꝯserue nenufaris. ʒ. ii. electuarũ margaritaꝝ. ʒ. i. iacitoꝝ saphirorũ smaragdoꝝ seis citri seis acetose coralli ru. añ. ʒ. i. oim sandaloꝝ coriandri p̃parati spodii romani been albi ⁊ ru. añ. ʒ. s. ossis d̃ corde cerui ifusi i aq̃ rof. ʒ. s. limature auri ⁊ argenti. ℈. ii. pánoꝝ auri numero. xv. zuccari alb. q̃rt. s. pulverizétur s̃btiliter i uase marmoreo sine igne ⁊ aspgatur aq̃ rof. Ad idé. ℞. coralloꝝ perlaꝝ iacintoꝝ ⁊ smaragdoꝝ añ. ℈. i. s̃btilissime pulverizentur ⁊ in potu detur parũ pro uice. Si aũt. Ponit curá per aliud assumptũ p os dicens ꝙ si trocisci non sufficiunt lac ex quo butirũ sit extractũ d3 dari ad bibendũ. rõ q̃r nutrit ⁊ alterat. Ipse uero. Ponit curá p dietá dicés ꝙ patiens d3 nutriri cũ aceto ⁊ succo uue acerbe conditis. rõ quia alterant ⁊ restaurant. Sirupum Ponit curá per sirupũ dicés ꝙ patiés d3 bibere syrupũ acetosum factũ cũ zuccaro. rõ p3. Notádũ ꝙ ml'ti alii syrupi cõueniunt ad idé: sicut syrup⁹ de succo limonũ syrupus de ribes syrupus rof. syrupus uiol'. syrup. nenufari⁹ sirup. acetosus de succo ci⁹ syrup. de acetositate citri syrup. acetos. d̃ pruni sirup. aceť. d̃ succ s fructuũ sirup. de agresta iulep rof. iulep uiol'. Ab extra fiat tale ephitia. ℞. aque rof. aq̃ acetose an. ℥. iii. aq̃ buglose ℥. ii. coralli ru. sandal'. ru. rof. rubee añ. ʒ. i. musci ambr̃ añ. gra. iii. croci. ℈. i. aceti. ℥. i. s. misce

Ad idem ualent odoramenta dicta in. c. de dolore capitis a causa calida proueniente.

Almansor.

Si aũt cũ tremore cordis non fuerit fe. trocisci muscati in potu sumant. Ad. ℞. masticis spice xiloloes ciamomi gariofil. gallie mus. nuc. mus. cubebe cardamomi maioris tubeleth. corticũ citri oim añ. põdus vnius aur. musci sextá. ʒ. vnius ex his oibus cũ uino bñ redolẽte cõspsis fiãt trocis. cõferũt sincopi ⁊ tremori cordis. Electuariũ diamuscũ preciosũ qđ ẽ ad sincopi ⁊ tristitiá cordisq; tremoré ⁊ tepidũ faciens. ℞. masticis cinamomi seis ozimi maioris se. ozimi gariofilati. seis melisse seis sisimbrii seis sansuci macropipis oim ꝑtes eq̃les ex qbus ois puluerizatis. ʒ. x. sumantur margaritarũ minutarũ coralli rub. cubebe sete crude Karabe been albi ⁊ ru. folii oium añ. ʒ. x. musci tubapitici puri. ʒ. ſ. cõficiant cũ melle de miroba. Kebul. hoc eni electuariũ ad frigiditaté stõi ⁊ digiue egritudiné optimũ existit. Silla.

Ponit curá tremoris cordis facti a cá frã: ⁊ diuiditur i duas. Primo ponit curá p trociscũ Scđo per electuariũ. Scđa ibi. Electuariũ De prima dicit ꝙ si cũ tremore cordis ñ fuerit fe. tunc arguendũ ẽ ꝙ fiat a cá frã. Rõ pz. Secundo dicit ꝙ ꝓ cura trocisci debent dari qui sunt. ℞ masticis spice xiloaloes cinamomi gariofil. gallie mus. cucube cardamomi maioris tubeleth. i. minoris corticũ citri oim añ. põdus aur. unius musci sextá parté. ʒ unius ex his oibus cũ uino bene redolenti ꝯspersis fiant trocisci de gallia muscata. rõ pz. Electuariũ.

Ponit curá per electuariũ dicens ꝙ ad tristitiá sincopim ⁊ tremoré cordis. Ualet electuariũ diamuscũ ꝓciosũ ꝙ ẽ. ℞. masticis cinamomi se. ozimi maioris se. ozimi gariofilati se. melisse se. sisimbrii se. sansuci macropipis omnium añ. ptes equales ex qbus oibus puluerizatis. ʒ. x. sumantur margaritaꝝ minutaꝝ coral. rub. krabe sete crude been al. ⁊ ru. folii oim añ. ʒ. x. musci tubapitici. ʒ. ſ. ꝯficiantur cũ melle de mirobalani kebulis. Subdit ꝙ ẽt ad frigiditatem stõi ⁊ debilitaté digestiue optimũ existit. Notandũ ꝙ i cura tremoris cordis a cá frã ꝯpetũt aromatica calida: ⁊ istoꝝ quedá sunt simplicia ⁊ quedá ꝯposita. Simplicia sunt ambra musc⁹ crocus lignum aloex storax calamita. gariofil. cortex citri ⁊ citranguloꝝ nux muscata. cinamomũ. semen maiorane ⁊ basiliconis foliũ. emila. melissa buglossa borago been albũ ⁊ ru. doronicũ zedoaria. cardamomũ. rosmarinus xiloaloes. ozimũ. ex his possunt fieri electuaria: uel pulueres. aut trociscis uel syrupi. aut sacculi: ⁊ põt cũ eis rectificari aer. Cõposita sunt dyambra. dyanthos. diacameron. Julii potio. gallia musc. electuariũ lectificás. aromaticũ muscatũ electuariũ de gẽmis. dyadoronici confectio de musco cõfectio de xiloaloes confectio de citro. electuariũ plirisar coticon cortices citri cõditi. conditũ de citro conditũ de buglossa. Ad idem ualet syrupus de corticib⁹ citri. Ad idé iulep tale. ℞. aq̃ mellisse aq̃ buglosse añ. ℔. ſ. zuccari al. q̃rt. iii: ⁊ fiat iulep usq; ad: ℔. i. Ad idé ℞. aque buglosse cũ gariofil. ⁊ ẽ mirabilis. Ab extra ualet tale epithima. ℞. succi melisse succi buglosse facta residentia añ. q̃rt. iii. aceti. ʒ. ii. gariofil. ℥. i. ſ. musci. ℈. i. puluerizẽda puluerizẽtur misce oia fiat epithia sup mamillam sinistrá. Ad idé ualet tale emplm. ℞. laudami q̃rt. i. gariofil. corticũ citri añ. ʒ. i. musci. ℈. i terbẽtine. ʒ. ſ. puluerizẽda puluerizẽtur ꝯquassanda ꝯquassẽtur cum pistello calido misce oia malaxádo cũ aq̃ buglosse ⁊ fiat emplm ad medietaté medii palmi ꝓ utraq; parte ponatur supra mamillá sinistrá. Ad idé põt fieri saccul⁹ cordialis. ℞. floꝝ boraginis floꝝ buglosse añ. M. i. been al. ⁊ ru. añ. ʒ. i. croci. ʒ. i. sete đ grana. ℈. i. gariofil. cinamomi añ. ℈. i. ſ. pulueris coralloꝝ ru. rof. ru. añ. ʒ. ſ. ossis de corde cerui grani musci ambre parũ fiat sacculus in syndone ru. ⁊ cõspergatur aqua buglosse. Sacculus in cá cal'a. ℞. floꝝ boraginis uiol. buglos. añ. M. i. sandaloꝝ ⁊ coralloꝝ al. ⁊ ru. rof. ru. beẽ al. ⁊ ru. omniũ añ. ʒ. i. croci. ʒ. ſ. sete. g̃. xv. ossis de corde cerui. ℈. i. spodii. ʒ. ſ. camphore musci ambre añ. parũ ⁊ fiat sacculus in syndone ru. Et q2 raf nõ dixit de sincopi q̃ satis appropinquat tremori cordis: iõ circa materiá sincopis ẽ notãdũ: ꝙ sincopis ẽ ablatio sẽsus ⁊ mot⁹ i toto corpore fm maioré parté pp debilitaté. fo notãdũ ꝙ cãe sincopis pñt eẽ due. s. oẽ illđ ꝙ facit exalationé caloris ex corde sbito: ⁊ oẽ illđ qđ facit ad cõculcationé caloris in corde ⁊ ille pñt eẽ intrisece ⁊ extrisece sicut dcm̃ fuit assignádo cás tremoris cordis: q2 ñ differt nisi fz magis ⁊ minus: q2 i tremore cordis sũt remissiores q̃z i sincopi. Tertio notandum ꝙ signoꝝ sincopis. Quedá sũt ꝓnostica seu ꝓnosticãtia sincopi futura. q̃dam demostratiua actu sincopi: ꝓnosticátia ⁊ sũt trẽor cordis actu ⁊ pmutatio coloris faciei i ñ naturales colores: pmutatõ pulsus ad tarditaté ⁊ puitaté ⁊ frĩtas extrẽitatũ. Sig̃ demostratiua sunt ablatio sensus ⁊ mot⁹ pulsus formicás ⁊ mortificatio faciei. rõ pz. sig̃ fz diuer

sitatē causarū patent ſm ꝙ dictum fuit ẟ signis tremoris cordis. Signa ꝓnostica. Primū si aliquis longo tp̄re patiatur tremorē cordis ⁊ ſbito ueniat sincopis expeditū est negociū. Secundū signum si aliqs patiatur longaꝫ sincopi ⁊ color faciei mutatus sit in liuorē uel uiriditatē uel i nigreditatē nunqꝫ calcabit terrā. Tertiuꝫ si subito ueniat sincopis sine cā manifesta ⁊ sincopis fuerit longa cōsumatum ē. Quartum si alicui sincopizanti datum fuerit sternutatorium sicut elleborus ⁊ n̄ sternutauerit dum fuerit ei iniectus ī naribus nullum ualet consilium nisi ꝙ crux ⁊ turribulum portetur. Quarto notandum ꝙ in sincopi que nō ē mortalis ē operāduꝫ. Primo fricētur extrema cuꝫ manib⁹ ⁊ pāno asperso: aut cum sale ⁊ aceto ⁊ ꝙ fiant fricatiōes ⁊ ligatōes extremitatum cuꝫ dolore. Scd̄o qd̄ ponantur in aere claro ⁊ uocentur ꝓprio noie i aure uoce alta pluribus uicibus. Tertio aspergatur acies aqua roſ. muscata ⁊ aqua frigida ab alto cadente. Quarto applicētur narib⁹ aromata calida in frigida sincopi ⁊ frigida i cā calida: ⁊ puluerē aromaticum naribus īsuflar̄ nisi sincopis eēt ꝓpter ꝑfocationem matricis: ⁊ tunc ponatur glabanum aut assa fetida ad nares ⁊ inferius ponantur aromatica. Quito ad bibenduꝫ ē uinuꝫ cum musco. Sexto aperiatur os cuꝫ cultello ligneo ⁊ fricentur dentes ⁊ ligua cum tiriaca ⁊ potione musc. Septio ponuntur sternutatoria in naribus. ⁊ si sternutet bonū est si uero nō ē malum. In paroxismo non existēs si timet in sincopum aut proximuꝫ se. aut qꝛ uelit facere phlebotomiā ⁊ alias nō fecerit: aut quia patitur tremorē cordis ⁊ de silibus debet sumere aliquod aromaticum. Sumat ergo bonum panē intinctum in aqua citoniorꝫ: aut succo eorꝫ aut uino granatorꝫ: aut aq̄ roſ. aut aqua acetose aut citri: aut brodio carnium: aut sumat aliquid de dyambra uel potōe muscata uel zuccaro roſ. ⁊ ita de aliis scd̄m conuenientiā particularium. In aliis partibus procedendum ē scd̄ꝫ ꝙ dictum ē de tremore.

De colerica passione. Sillanus.

Irca rubricā est notandum ꝙ passio collirica ē in qua hō simul in eadē hora eiicit per uomitum ⁊ per secessum. humores ⁊ cibaria nihil retinet. Scd̄o notādum ꝙ hec egritudo aliqn̄ fit ab humorib⁹ frigidis ⁊ aquosis in stō ⁊ intestinis multiplicatis debilitantibus uirtutē retētiuā in parte supiori stōi ⁊ in parte inferiori. Aliqn̄ fit ex multiplicatōe colere rubee in intestinis ⁊ in stō mordicantis in testina ⁊ stōm: unde excitat uomitum eadē hora et secessum et hec ē peior. Tertio notandum ꝙ sig̃ colirice passionis a cā frigida sunt antecessio nausee et fastidii multiplicatio uētositatū in uentre ⁊ in intestinis ante egritudinem ꝑ aliquot dies ⁊ ꝙ īcipit cuꝫ dolore umbilici ⁊ pūctura eius. deinde aduenit solutio plurima cū uomitu phl'atico antecessio ciborꝫ phl'aticorū facientiū nauseā ⁊ fastidiū. Signa collirice passionis ex effusione colere rubee ad stōm: ⁊ intestīa sunt nausea uehemēs: sitis assidua cū bibit aquam frigidā sedatur nausea donec calefit in stō. deinde euomit eā ⁊ ē solutio uentris: ⁊ qn̄qꝫ superfluit donec faciat sincopi ⁊ cadit pulsus eius ⁊ ē cū eo estuatio ⁊ mobilitas ⁊ īflāmatio magna ⁊ multotiēs ꝑturbatio mētis.

Almansor.

Um punctio ⁊ tristitia alicui supuenerit affueritqꝫ cū ea ul' post eā uomitus uel uentris solutio aq̄ calida multotiens i potu tribuat̄ ⁊ si adhuc perseuerauerit uomitus ⁊ uentris fluxus: aq̄ calida iterū detur sedabitur eni passio

Sillanus.

Hic determinat de collirica passione ⁊ diuiditur in duas. Primo ponit signa collirice passionis. Scd̄o ponit curā. ⁊ illa in duas: qꝛ prio ponit curā qn̄ passio ē debilis. Scd̄o qn̄ passio ē fortis. Scd̄a ibi. Qd̄ si. Prima i duas. Nā primo ponit curā ante declinationē. Scd̄o in declinatōe. Scd̄a ibi. Cū autem egritudo. De prima dicit ꝙ cū alicui accidit pūctura ⁊ tristicia ⁊ fit cū ea uomitus ul' post ⁊ solutō uentris. tunc arguendū ē ꝙ ē collirica passio. Scd̄o procura dicit ꝙ aqua in potu sepe dꝫ dari. rō qꝛ lauat ⁊ mundificat stōm a materia peccante. Tertio dicit ꝙ si uomitus ⁊ fluxū uētris: ꝓuenerint iterū dꝫ dari aqua calida: qꝛ remouetur hec passio. Notandū ꝙ per illā quā itelligere debemus omnia illa que mundificāt stomachū a materia faciente illā punctionē: ⁊ ideo si materia ē phl'atica cōuenit medicia mundificatiua phl'atis. Si colerica ꝯuenit medicia euacuatiua colore: quia uomit⁹ curat uomituꝫ ⁊ fluxus fluxum. ⁊ hoc causa euacuandi materiam facientem uomitum uel fluxum. **Alman.**

Cū aūt egritudo quieuerit balneū īgrediatur eger in quo per unius hore spatiū moretur. Egressus autem de balneo leui alatur nutrimento deīde dormiat. **Silla.**

Ponit curā i declinatōe ⁊ diuiditur i duas. primo pōit curā ꝑ balneū. ſo per dietam ⁊ somnū

69

Scđa ibi. Egressus aũt De prima dicit
ꝙ collirica passio ubi fuerit remissa uel quieue
rit eger debet ingredi balneũ in quo dʒ morari
per spatium unius hore. Rõ qꝛ resoluit materi
am uel trahit ipsaʒ ad extra ⁊ sic diuertitur ab
euacuatione ⁊c. Egressus aũt. Põit cu
rá per dietam dicens ꝙ dʒ nutriri post balneũ
nutrimento facilis digestõis. Rõ qꝛ stomachꝰ
ẽ debilitatus. Scđo dicit ꝙ deinde eger debet
dormire. rõ qꝛ fortificat digestiuã ⁊ retentiuam
stõi ⁊ prohibet sensationẽ male materie ⁊ ꝑ tan
to in euacuationibus restringendis somnus cõ
mendatur preterq̃ȝ in sudore. Al.

Nõ si vomitus ⁊ ventris fluxꝰ vehemẽs
fiant sinthomata terrefacienti supuenerit
nõ tñ est timendũ imo cũ medicaminibus
q̃ ego noĩabo succurrẽdꝰ. In pricipio ita
q̃ȝ trocisci de olibano cum aqua ⁊ niue ⁊
rob granatoꝝ denẜ semel q iterũ sũt ẽt dá
di si vomitꝰ non cessauerit. Duo quoq̃ȝ ad
iutoria ⁊ coxe ĩ supremis ptibꝰ ligenẜ. Et
aqua niue ĩfrigidata sup crura ⁊ pedes fũ
daẜ ⁊ ĩ ipam ẽt ĩmittanẜ. Venter quoq̃ȝ
ex sandalis rosis camphora gallia aq̃ roẜ
cõspsis epithimeẜ. Et pánus aq̃ roẜ. ĩ niue
ĩfrigidata ĩfusus desup ponaẜ q postq̃ȝ te
pefactus fuerit ẽ remouẽdus ⁊ aliꝰ vt prius
desup mittẽdus. Ad potandũ aũt paulati
tribuaẜ uinũ vetꝰ teperatũ cũ rob grana
toꝝ ⁊ qñ vomerit iterũ tribuaẜ. Silla.

Ponit curá qñ passio ẽ fortis. ⁊ primo facit
hoc. Scđo ponit descriptõm quarũdã medici
narũ de qbus fecerat mentionẽ. Tertio põit cu
rá uomitꝰ supflui. Scđa ibi. Trocisci Ter
tia ibi. Si aũt uomitus. Prima ĩ duas.
Primo ponit curã intendẽdo ad uomitum reti
nenduʒ. Scđo ponit curá uomitꝰ post cessatõʒ
uomitꝰ. Sa ibi. Postq̃ȝ vero. Prima ĩ tot
quot remedia ponit ptes patẽt. De prima dicit
Primo ꝙ si uomitꝰ ⁊ fluxꝰ fuerint uehemẽtes ⁊
accidẽtia iducentia timorẽ non ẽ tunc recedẽdũ
a cura imo succurrendũ cũ medicaminibus q̃
sequũtur. Scđo dicit trocisci de olibano semel
sũt dádi cũ aq̃ ⁊ niue ⁊ succo granatoꝝ. Rõ qꝛ
ꝯfortant stõi retentiuã. Tertio dicit ꝙ tales tro
cisci iterũ sũt dandi si uomitꝰ ñ cessauerit. Duo
quoq̃ȝ. Ponit sm remediũ dicẽs ꝙ adiuto
ria ⁊ coxe debent ligari in ptibꝰ supremis ⁊ rõ:
qꝛ hũores distrahũtur ꝑ ligaturá. Et aqua
Ponit tertiũ remediũ dicens ꝙ aqua frigida
ta in niue dʒ fundi super crura ⁊ debent pedes
poni ĩ ea. rõ qꝛ talis aq̃ ingrossat hũores ⁊ sic ñ
sũt apti ad fluxũ. Sa rõ qꝛ ex hoc fortificatur ca
lor ĩ interioribus ꝑpter reuocationẽ. Venter
quoq̃ȝ. Ponit quartũ remediũ dicẽs ꝙ uẽ
ter dʒ epitiari ex sandal' roẜ. cáphora ⁊ gallia ⁊
cõspgi aqua roẜ. rõ qꝛ ĩfrigidat ⁊ alterat malã
ꝯplõnẽ ⁊ sua stipticitate ꝯfortat ⁊ iõ ualet ĩ ma
teria colerica ⁊ ñ ĩ materia phl'atica. Notan
dũ ꝙ loco illius ualet hoc. ℞. landami masti
cis añ. q̃rtꝫ. ʃ. olibani. ʒ. ʃ. sádal' albi ⁊ ru. cora.
ru. sumach añ. ℈. i. anthere acacie ypoqstidos
psidie balaustie añ. ℈. i. terebentine. ʒ. i. pulue
rizẽda puluerizẽtur malaxanda malaxẽtur mi
sce oĩa malaxãdo cũ oleo roẜ. ⁊ fiat emplm̃ ad
modũ scuti ad quãtitatẽ medii palmii parui ab
utraq̃ȝ parte: ⁊ si uomitus sit fortis fiãt duo em
pl'a: unũ ante aliud vo retro. Ad idẽ. ℞. suc
ci plantaginis aque roẜ. de stiptibus añ. q̃rtꝫ.
i. aceti. ℥. ʃ. masticis olibani añ. ʒ. ʃ. farine lẽtiũ
q. sufficit puluerizẽda puluerizãtur misce ⁊ fiat
emplm̃. Ad idẽ ungatur stomachus cũ oleo
de mastice ⁊ oleo de roẜ. ⁊ aliquãto aceti. Et
pánus Ponit qntũ remediũ dicens ꝙ pá
nus in aqua roẜ. ⁊ ĩ niue infrigidatꝰ ĩfusus de
super ponatur. Sо dicit ꝙ cũ calefactꝰ ẽ remouẽ
dus ẽ ⁊ aliꝰ superponẽdus. rõ remedii qꝛ hʒ in
frigidare ⁊ sua stipticitate cõfortare stõm ⁊ vʒ
qñ fit a colera. Ad potandũ. Ponit sextũ
remediũ dicẽs ꝙ paulati in potu dʒ sumere ui
num quãtum tẽperatuʒ cuʒ succo granatoruʒ
ratio quia confortant stõm. Secũdo dicit ꝙ qñ
uomuerit iteruʒ dʒ dari. rõ pʒ. Almansor

Panẽ quoq̃ȝ in succo granatoꝝ infusũ co
gendus ẽ sumere cũ vino ⁊ comedere: ꝙ si
vomerit iterũ dandus ẽ ei donec qescat.
Nõ si sincopis superuenerit muscũ cũ vi
no dare cum conueniens ẽ vĩ iferẽdo ⁊
succus carnis edine ⁊ pulline cuʒ pauco
citonioꝝ succo ⁊ vino mixtus in potu ẽ tri
buẽdus. Pulli preterea sũt assandi ⁊ ante
nares ipsius diserpendi thus ẽt danduʒ ẽ
vt masticet ipsũ ⁊ paulati trahiiciat ⁊ po
stremo bolũ corascenũ conditũ cũ cápho
ra tribuaẜ. Quicqd autẽ de hꝰ passionis:
cura nuñc vsq̃ȝ diximũs donec vomitus
sedetur ⁊ stomachus cibũ recipiat fieri cõ
uenit. Sillanus.

Ponit septimũ remedium ⁊ põt diuidi ĩ du
as. Primo facit hoc Sо docet succurrere sinco
pi supueniẽti. Scđa ibi. Nõ si sincopis. De
pma dicit ꝙ patiẽs ẽ cogẽdꝰ sumẽ panẽ ĩfusuʒ ĩ
succo granatoꝝ cuʒ uino. rõ qꝛ ĩfrigidat os stõi
⁊ sua stipticitate confortat retentiuã ⁊ prohibet

fluxũ humorũ ad stõm specialiter colere. Se
cundo dicit q̓ si iterũ uomerit iterũ ẽ dand⁹ do
nec qescat ⁊ retineat. Ad si sincopis. Do
cet succurrere sincopi dicens q̓ si sincopis pue
nerit ꝯuenit dare muscũ cũ uino. Rõ q̄ꝛ uiuifi
cat uirtutẽ uitalẽ. scd̓o dicit q̓ ẽt dꝫ dari succus
carnis hedine ⁊ pulline cũ pauco succo citonio
rũ. Rõ q̄ꝛ generãt spũs ⁊ stõm ꝯfortant. Pul
li. Ponit octauũ remediũ dicẽs q̓ pulli sũt
assandi ⁊ ante nares dismẽbrãdi. rõ q̄ꝛ sua aro
maticitate ⁊ odore ꝯfortant. Thus. Ponit
nouũ remediũ dicens q̓ thus ẽ dandũ ut masti
cet ⁊ paulatim deglutiat. Rõ q̄ꝛ ẽ stipticũ ⁊ ca
lidũ: ⁊ ideo ualet in materia frigida plus. scd̓o
dicit q̓ ẽt dꝫ tribui bolus ar. cũ cãphora. rõ q̄ꝛ
frigidũ ⁊ stipticũ: ideo ualet in materia calida.
Tertio dicit q̓ dictũ ẽ de cura huius passionis
usqꝫ nunc docet ut uomitu sedetur ⁊ ut stoma
chus possit cibum recipere. Almansor.

Postq̃ꝫ vero stõachus ipsius recipere
poterit nutriendus ẽ eger ⁊ parũ vini ve
si cũ asclite nõ fuerit urina ticta nec calor debét
dari pill'e q̃ sũt. ℞. mezereon serapini ãñ. ʒ. ς.
salis indi fimi columbini ãñ. sextá partez. ʒ. uni
us. Uerificatur littera: qꝛ pill'e iste faciũt descé
dere aquá uehementer de uentre. Ad idem pil
lule de alsebran. ad idé pillule de mesereon me
ser. Ad idé ungtm̃ de arthania ⁊c̃. Trocisci.
Dicit ꝙ trocisci de laccha cũ decoctõe de radi
cibus sunt dandi. Rõ qꝛ ꝓuocant aquositatez
ꝑ uriná. Notandũ ꝙ sicut ydrops curatur per
medicinas laxatiuas: ⁊ ita ét curatur ꝑ medici
nas urine ꝓuocatiuas. Et inter alia explicabũ
tur quedá. pria. ℞. seri caprini: ℥. iii. spice nar
di pulueri zate. ʒ. iii. bulliant simul léto igne us
quequo redeât ad. ℥. iii. coletur ⁊ colatura ieiu
nio stõ detur. Ad idé. ℞. succi calamenti fa
cta residentia. ℥. i. Ad idé urina caprina in q̃
bullierit spice nardi. Ad idé uria pueri i potu
sumpta. Ad idé uinũ albũ decoctiõis folio
rum uel floꝝ anthos. Ad idem trocisci mesue.
Similiter ualet dyalaccha. Ad idem diacurcu
ma. Ualet ét cõfectio de mezereon meṡ. Notá
dum ꝙ idé ualent ea que ualét ad doloré epatꝭ
in cá f̃ra supra dicta. Empl'm. Ponit curá per
empl'm dicés ꝙ empl'm cõueniens é. ℞. farine
ordei cipi stercoris ouini ueteris baurach boli
ar. oim ãñ. partes equales. Ex his omnibꝰ tri
tis fiat empl'm supra uentrem. Uerificat se. qꝛ
eis proprietas est exiccare magná parté aque.
Ad idé empl'm de stercore bouino uel caprino
cũ urina infantis. Ad idé. ℞. caricarũ pin
guiũ quartꝭ. i. stercoris columbini. ʒ. iiii. masti
cis spice nardi ãñ. ʒ. ς. puluerizãda puluerizen
tur cõquassanda ꝯquassentur misce oia cũ uri
na capre ad modũ empl'i. Ad idé empl'm ce
roneon Nicolai. Ad idé empl'm relatũ ad
aristarchũ quod ponit mesue. Ad idem. ℞
spicarũ allei mundatarũ. ℥. iii. ς. storacis bdelii
ãñ. ℥. iii. terbentine. ℥. iiii. axungie porcine recé
tis adipis anseris ãñ. ℥. v. masticis olibani ãñ.
℥. i. ς. euforbii. ℥. i. croci. ℥. ς. cere citrine. ℥. xii.
olei nardini ⁊ uini odoriferi. q. sufficit. Ad iđ
empl'm de baccis lauri cũ stercore uacarũ uel
caprinarũ: ⁊ est operationis mirabilis. Ad iđ
empl'm factum de stercore uaccino baccis lau
ri ⁊ yreos. Ad idem stercoris uacini. ℔. i. ⁊ bul
liat cũ aqua ⁊ sale: deinde supra ipsũ puluerize
tur sulphur ⁊ ponatur supra uẽtré. Ad idé bau
rach empl'm cũ ficubus: ut Auic. secundo cañ.
c. de baurach. Ad idem fiat exemplũ de ostra
chisi ꝯtrictis uel cũ conchiliis suis. Ad idem un
guétum agrippa Nicolai ⁊ est mirabile. Ad
idem unguentũ atthanie. Notandum ꝙ si
idrops fiat a cá frigida emplastra predicta pñt
poni supra uentrem ⁊ supra epar. Sed fiat a cá
calida tunc emplastra debent poni supra uẽtré
⁊ supra epar debet epithima frigidũ. Al.

**Quod si in palpebris et extremitatibꝰ
fuerit apostema molle ⁊ testiculi aposte
mantur: facies quoqꝫ ac totũ corpus mol
licie quadam teneatur erit tunc idropisis
species que iposarcha vocatur. Sillanus**

Ponit curam iposarce: ⁊ diuiditur in du
as. Primo ponit signa. Secundo ponit curaz.
Secunda ibi. Egro itaqꝫ. De prima dicit
ꝙ si apparuerint ista signa. Primo ꝙ in palpe
bris ⁊ in aliis extremitatibus fuerit apostema
molle. Secundum ꝙ testiculi íflantur. Tertiũ

ꝙ facies ⁊ totũ corpus mollitie tenetur. Arguẽ
dũ ẽ ꝙ sit idropisis que dicitur yposarcha.
Notandũ ꝙ ratio signoꝝ uerificatur. ꝑmuꝫ
ꝙ in yposarcha materia que cõicatur ꝓ nutri
catione ad mẽbra fit incõueniens ꝓ nutricatõe
⁊ ibi remanens causat tumorẽ ⁊ mollitiem. s. in
palpebris ⁊ mẽbris extremis. Uerificatur scdꝫ
quia in iposarca multa materia fluida phl'ica
cõicatur ad testiculos. Et tertiũ uẽificatur sicut
primum. Alman.

**Egro itaqꝫ hac spẽ laboranti trocisci
de laccha cũ apozimate de radicibus sunt
tribuendi. ⁊ vẽter quaqꝫ hebdomada ex
pillis ꝺ reubarbaro ẽ soluendus. ⁊ patiẽs
in arena calida ẽ sepeliendus. Ei quoqꝫ ẽ
precipiendũ ut exercitio vtaꝛ ⁊ famẽ ⁊ si
tim sepe patiatur. Sillanus.**

Ponit curam iposarce: ⁊ diuiditur in tres.
Primo ponit curã ꝑ trociscos. secũdo ꝑ me
dicinas laxatiuas. Tertio per quedã alia. scda
ibi. Et venter. Tertia ibi. Et patiens. De
prima dicit ꝙ patienti iposarcã trocisci ꝺ laccha
cũ decoctõe de radicib⁹ sunt dãdi. rõ qꝛ icidũt
⁊ sbtiliant ⁊ euacuant materiã phl'icã que ẽ cau
sa iposarce. Et venter. Ponit curã per me
dicinã laxatiuã dicens ꝙ uenter ẽ euacuãd⁹ cũ
pill'is de reubarbaro oĩ hebdõada. Ad idẽ
ualent medicine laxatiue posite in cura asclitis.
Notandũ ꝙ ante cõuenit sirupus digestiu⁹
dictus in. c. de dolore epatis a materia phl'ica.
Et patiens. Ponit curã per quedaꝫ alia di
cens primo ꝙ patiens ẽ sepeliendus i arena ca
lida. rõ quia desiccat. Secũdo dicit ꝙ patiẽs de
bet uti exercitio. rõ qꝛ resoluit ⁊ exiccat. Tertio
dicit ꝙ patiẽs dꝫ tolerare famẽ ⁊ siti. rõ quia ca
lor acuitur ⁊ redditur magis potẽs ad resoluen
dũ materiã phl'icam. Ad idẽ ualent balnea
naturaliter calida. Ad idẽ stusa sicca. Ad
idẽ ualet ꝙ ponatur patiens in furno calido.
Ad idẽ ualet calor solis sic ꝙ teneat uentrem di
scopertũ ad solẽ ubi non sit uẽtus et ꝙ fricetur
fortiter. Almansor.

**Si ṽo venter inflatus fuerit ac tensus
⁊ cũ ꝑcutiꝛ sonũ reddit vt tipanũ. idropi
sis spẽs adeẽ significabiꝛ que timpanites
dicitur. Sillanus.**

Põit curã tipanitis ⁊ diuiditur i duas. Pri
mo põit signa. secũdo ponit curam: secũda ibi.
Quã q patiꝛ. De pria dicit ꝙ si appareant
ista signa. Primũ ꝙ uẽter appareat iflatus ⁊ tẽ
sus. secũdo ꝙ percussus uenter reddit sonũ ut
tipanũ. arguendũ ẽ ꝙ ibi sit idropisis tipanites
rõ signoꝝ pꝫ qꝛ in tipanite ẽ uentositas extẽdẽs
⁊ causans sonũ clarũ ut tipanũ. Al.

**Quã qui patiꝛ a cõestione oleꝝ abstine
re debet atqꝫ eoꝝ omnium que ventositatis
sunt generatiua. Silla.**

Ponit curam ⁊ diuiditur in duas. Prio po
nit a quib⁹ dꝫ abstinere. secũdo ponit curã. secũ
da ibi. Uẽter quoqꝫ. De pria dicit ꝙ patiẽs
tipaniẽ debet abstiere a comestione oleꝝ ⁊ gene
ratiũ uẽtositatẽ. rõ qꝛ talia augẽt morbũ. Al.

**Uenter quoqꝫ oĩ die ex panico ẽ uaporã
dus. ⁊ ventose super ventrẽ ponẽde. ⁊ me
dicamina tumorẽ dissoluentia danda sũt
vt diacinũ ⁊ electuariũ de laccha lauri ꝙ
in. c. de iliaca noiabimus. eger ꝑterea exer
citio vti assuescat ⁊ famẽ pati ⁊ ex coleriis
que ventositatẽ dissoluũt: quorũ faciem⁹
mentionẽ sibi subiiciat. Uenter quoqꝫ cuꝫ
mandili donec incipiat rubere fricetur. ⁊ ex
oleo rutaceo clisterizetur. Sillanus.**

Ponit curã: ⁊ diuiditur in tot quot remedia
ponit. partes patent. De prima dicit ꝙ uẽter
est oĩ die cũ panno fricandus siue euaporãdus
rõ qꝛ resoluit uentositatẽ. Ad idẽ ualet saccu
lus de milio ⁊ sale torefactus ⁊ supra uentrẽ po
situs. Et ventose. Ponit curã per uẽtosas
dicens ꝙ uẽtose sũt ponẽde sup uentrẽ sine sca
rificatõe. rõ qꝛ per caliditatẽ actualẽ resoluunt
uẽtositatẽ. Et medicina. Ponit curã ꝑ con
fectiones ꝯsumẽtes uẽtositatẽ ut diacinũ elcũa
riũ de baccis lauri de quo dicit in. c. de passiõe
iliaca ⁊ per has intelligit alias. Eger ꝑterea.
Ponit curã per abstinentiã ⁊ exercitiũ dicẽs
ꝙ eger debet assuescere exercitio. Rõ qꝛ resol
uit. Secũdo dicit ꝙ dꝫ pati famẽ. rõ qꝛ ẽ cã re
soluẽdi uẽtositatẽ. Et ex coliriis. Ponit cu
rã per suppositoria dicens ꝙ debẽt poni suppo
sitoria dissoluẽtia uentositatẽ de qbus dicetur i
fra in. c. de colica. Ad idẽ. ℞. salis gẽme flo
rũ ul' slioꝝ rute aũ. ʒ. ii. ul'. ℥. ſ. castorii euforbii
seis urtice aũ. ʒ. ii. mell' quãtũ sufficit ⁊ fiãt sup
positoria. Ad idẽ. ℞. cimini baurach se. rute
aũ. ʒ. ii. mell'. q. suffi. fiãt suppositoria. Uenter
quoqꝫ. Põit curã ꝑ fricatões uẽtris dicẽs
ꝙ uẽter dꝫ fricari cũ mãtili donec icipiat rubẽ.
rõ qꝛ ẽ cã exiccatõis ⁊ r'solutõis uẽtositatis. Ad
idẽ vꝫ exponẽ uẽtrẽ soli ubi ñ sit uẽt⁹. Ad ideꝫ
vꝫ fricare uẽtrẽ cũ oleis cal'is resoluẽtib⁹ uẽtosi
tatẽ ut oleũ aneti oleũ rute ole. laurinũ oleũ de
kerua ole. ꝺ costo ole. ꝺ mezereon. Et ex oleo.
Ponit curã per clistere dicens ꝙ patiens ti
panitẽ dꝫ clisterizari ex oleo ruteaceo. rõ patet.

Ad idem. ℞. radicis ireos. ʒ. i. isopi apii ab
sinthii bráce ursine añ. ℳ. i. anisi maratri ame
os granoꝝ lauri añ. ℥. ſ. uel. ℥. i. Si patiens sit
fortis mellis electi olei rute quar. ſ. salis géme.
ʒ. i. fiat clistere usqꝫ ad quartū. v. Et nota hic
unū de yerapigra ꝙ yerapigra ē mirabilis: qꝛ
euacuat solū malos hūores ꝛ bonos dimittit.

Hō de yera pigra laudes

Notandū secundo ꝙ in idropisi: si oīa alia
remedia deficerent ualent duo. Primū ē conti
nua cōestio epatis lupi uel puluerizādo uel alr̄
ualet eni quōlibet a ꝓprietate. Secundū est fa
cere cauteriū sub umblico per duos digitos uel
tres ita ꝙ pforetur pániculus mirach sed debet
prius trahi pellis sursuꝫ ut orificia amboꝝ pan
niculoꝝ sibi nō obuenient: sed exterior coopiat
interiorē ꝛ oī die extrahe de canula paruā quan
titatē aque. ꝛ hoc notabile dꝫ poni in fine partis
de cura asclitis.

De dolore spenis.

Jrca rubricā est notandū ꝙ splen po
test ꝯsiderari duplr̄. Uno mō quátuꝫ
ad sui substantiā ꝛ sic in eo nō ē dolor
nisi grauatiuꝰ rōe multitudinis materie. Secū
do pōt considerari rōe paniculi ipm̄ regentis:
ꝛ sic bene in ipso est dolor. Secūdo notáduꝫ
ꝙ dolor splenis pōt fieri a mala cōplexione uel
a solutione continuitatis uel ab utrisqꝫ. Et si a
mala cōplexione uel sine materia. s. calida ꝛ frā
ꝛc. uel cū materia. s. phlr̄atica uel mlr̄ica uel uéto
sa ꝛ hoc cum apāte uel sine apāte. Notáduꝫ
tertio ꝙ splen est mébrū a natura ordinatū ad
múdificandū sauguinē a mlr̄ia: iō qñ corpꝰ est
bñ múdatū ꝛ bñ dispositū bñ stat: ꝛ ꝑ táto splē
ridere facit ꝛ qñ male aduenit tristitia ꝛ multe
alie passiones male: qm̄ si splen ꝓpter debilita
tē deficiat in attrahendo generat icteritiā. Sed
postqꝫ attraxit si deficiat in retinendo causatur
fluxus uentris. Si uero deficiat in conuertēdo
nutrimētū tunc cātur durities oppilatio ul̄ apā
ꝛ hoc ē ut plīmū. iō dr̄ in ꝟsibus. Cor sapit: pul
mo loqtur: fel ꝯmouet irā. Splen ridere facit:
cogit amare iecur. i. stōachus ul̄ epar. Quar
to notandū ꝙ cause duriciei ul̄ sunt extrisece ul̄
intrinsece. Si extrisece: sic ē multiplicatio ciboꝝ
ꝛ potuū mlr̄icoꝝ sicut ē caseus caules caro sali
ta legumina ꝛ similia: ꝛ silr̄ timor. Si intrinsece
uel ꝓueniunt ab epate multiplicāte mlr̄icū hūo
rem. uel a splene cū incurrit malā cōplōnē cali
dā uel frigidā debilitantē splenē. Quinto no
tandū ꝙ signa duritiei oppilatōis ꝛ apātis sple
nis sunt urina remissa ꝛ tenuis: durities notabi
lis in splene: difficultas anhelitus sedus color fa
ciei ꝛ totius corporis: tristicia somnia terribilia
timor ꝛ similia pertinētia mlr̄ie. Sed differentia
quādo splen apostematꝰ est. est quia durities ꝛ
tumor ē in altera parte tantum: sed in duritie si
ne apostemate ꝛ oppilatōne est per totam regio
nem. Pronosticatio urina alba tenuis si ꝯtinu
auerit in passionibus splenis multum malum
est: fluxus sanguinis per inferius ē bonū signū
in passionibus splenis. Si alicui splenetico
propria adhibeantur medicamina ꝛ non alleui
atur malum sig̃t: passio etiam splenis in princi
pio satis faciliter potest curari: sed cum inuete
ratur: aut nunqꝫ aut ualde difficulter curatur

Durities ꝛ oppilatio ꝛ apostema splenis in
ducit maciem in toto corpore: ꝛ hoc ideo qꝛ ledi
tur digestiua epatis: unde ideo generantur ma
li humores quibus non bene nutritur totū cor
pus. Splen indiget fortiori medicamine cū op
pilatur: quia fit oppilatio fortior et plꝰ distat ꝛc.

Almansor.

J cūm dolore splenis fuerit calor
ꝛ urine rubedo ꝛ calor eger ex his
trociscis sumat. Trocisci de agno
casto. ℞. seis agnicasti seis tamarisci ābo
rū añ. ʒ. x. seis endiuie se. portulace ambo
rū añ. ʒ. v. ex his fiant trocisci de quibꝰ de
tur quotidie vnus cum sirupo acetoso de
zuccaro cuius pondꝰ sit. ʒ. iii. Eger uero si
repletus fuerit ex saluatella q̃ ē in sinistra
manu phlebotomer̄. Splen quoqꝫ ex fru
stro filtri aceto calido infuso embrocer̄. et
obseruetur a rebus dulcibus ꝛ cibis gros
sis. Qō si cū predicta egritudine nō fue
rit calor egro trocisci de capparis dādi sūt
Qō. ℞. corticis radicis capparis se. agni
casti amboruꝫ añ. ʒ. x. scolopendrie. ʒ. vii.
aristol̄. lon. folioꝝ rute se. nasturcii accori
nigelle oiuꝫ añ. ʒ. iii. armōiaci. ʒ. iii. armōi
acum in aceto dissoluar̄ ex quo cetera con
ficiātur ꝛ informētur ex eis trocisci pōderā
tes. ʒ. ii. ex quibus vnus cū sirupo acetoso
de melle ꝛ apozimate de radicibus i potu
sumātur. Si aūt splen tensus fuerit ꝛ cum
premir̄ auditur sb̄ eo rugitus. ex predictis
trocis. cum apozimate de radicibus ē dan
dū. ꝛ vinū vetus tribuendū ꝛ potus aq̄
minorer̄ quáto plus possibile fuerit. Em
plastrū ad duritiem ꝛ ventositatē que est
sub splene. ℞. folioꝝ rute. ʒ. i. baurach mē
tastri sicci amboꝝ añ. ʒ. iii. armōiaci. ʒ. vii.
armoniacuꝫ in vino veteri dissoluatur ex
quo cetera conficianr̄: ꝛ fiat ex eis empla
strū qō loco supponatur. Silla.

Hic ponit curã doloris ſplenis: ⁊ diuiditur in
duas. Primo ponit curã doloris ſplenis. Secū
do ponit curã duritiei ſplenis. ſecūda ibi. Em
plaſtrū. Prima in duas. primo ponit curaꝫ
doloris ſplenis prouenientis a materia mřica.
ſecūdo qñ prouenit a uētoſitate. ſecūda ibi. Si
aūt ſplen. Pria in duas. prio ponit curã dolo
ris ſplenis qñ ẽ cum fe. ſecūdo qñ ẽ ſine fe. ſecū
da ibi. Nõ ſi. Prima in quattuor. prio põit cu
ram per trociſcos. ſecūdo per phlebotomiam.
Tertio per unū locale ab extra. Quarto oñdit
a quibus ẽ abſtinendū: ſecūda ibi. Eger uero
Tertia ibi. Splen quoqꝫ. Quarta ibi. Et ob
ſeruetur. De prima dicit ꝙ ſi cū dolore ſple
nis fuerit calor ⁊ urina rubea ⁊ fe. eger ſumere
debet trociſ. ꝺ agno caſto. rõ quia cõfortãt ſple
nẽ ⁊ remittūt calorem materie putrefacte in ſple
ne ⁊ debẽt dari cū ſirupo acetoſo ⁊ zuccaro. et
pondus ſit. ʒ. iii. Notandū ꝙ ante cõpetit ſi
rupus digeſtiuus qui ẽ. ℞. corticis radicis cap
paris mūdi corticis radicis tamariſci fraſini ge
neſtre añ. ℥. i. ẽdiuie ſcariole portulace ſilueſtriſ
capil'. uene. recentiū añ. M. i. quattuor ſe. frigi
doꝝ paſſulaꝝ mūda. ab arill' añ. ℥. i. mellis elci
quar. i. zuccari al. quar. iii. tempentur ꝑ noctez
cortices in aceto ⁊ fiat ſirupus clarificatus uſqꝫ
ad quar. v. Medicina laxatiua. ℞. prunoꝝ
damaſcenoꝝ tamarindoꝝ floꝝ boragis bugloſ
ſe. añ. ʒ. ſ. uuaꝝ paſſaꝝ. ℥. ſ. aut. ʒ. iii. polipodii
quercini thimi epithi añ. ʒ. ſ. corticū mirobala
noꝝ indorū bene gūmoſoꝝ infuſoꝝ ꝑ noctez in
decoctione predictorū. ℥. i. fricẽtur de mane for
titer ⁊ de colatura detur in aurora. uel loco mi
robalanoꝝ diſſoluatur in colatura dyaſene ye
repigra añ. ʒ. ii. Eger võ. Põit curã ꝑ phle
botomiã dicens ꝙ ſi eger fuerit replet⁹ dꝫ fi
eri phlebotomia de baſilica in parte ſiniſtra qñ
intentio ẽ plus euacuatio. Sed ſi intentio eſſet
plus diuerſio dꝫ fieri phlebotõia ꝺ ſaluatella ſi
niſtre manus que ẽ inter ãnularẽ ⁊ auricularez
rõ pꝫ. Splen quoqꝫ. Ponit curã per unuz
locale ab extra dicẽs ꝙ dꝫ epithiari ſplen ĩfun
dendo fruſtrū filtri in aceto calido. rõ q̃r mate
riã ſBtiliat ⁊ ꝑpat ad euacuationez. Et obſer
uetur. Oſtendit a quibus ẽ abſtinẽdū dicẽs
ꝙ dꝫ abſtinere a rebus dulcib⁹ ⁊ cibis groſſis
Rõ q̃r generant talẽ mřiam ⁊ oppilãt ſplenez.
Nõ ſi cum. Ponit curã doloris ſplenis qñ ẽ
ſine fe. dicẽs ꝙ ſi cum dolore nõ ẽ febris debẽt
dari trociſci de capparis: q̃r ſūt calidi ſBtiliatiui
materie melãcolice nõdū putrefacte. Secundo
ponit deſcriptionẽ. ℞. corticis radicis cappa
ris ſe. agnicaſti amboꝝ añ. ʒ. x. ſcolopẽdrie. ʒ.
vii. foliorū rute ariſtol'. lon. ſeis naſturcii accori
nigelle oium añ. ʒ. iii. armoniaci. ʒ. iii. armonia
cū in aceto diſſoluatur ⁊ ex ea cetera cõficiãtur
informentur trociſci. ʒ. ii. ex quibus unus cuꝫ ſi
rupo acetoſo de melle ⁊ cū decoctione ꝺ radici
bus ſumatur. Notandū ꝙ ante cõuenit ſiru
pus digeſtiuus materie mřice tal'. ℞. radicis
ireos radicis feniculi petroſi. añ. quar. ſ. interi
oꝝ ſq̄lle. ℥. i. corticis capparis fraxini geneſtre
añ. ℥. i. capill' ueneris recentium ſcolopẽdrie ga
riofilate camedrenos camepitheos anthos añ
M. i. aniſi maratri cuſcute aſſari ſeis portula
ce añ. ʒ. i. liquiritie raſe uuaꝝ paſſaꝝ mūdatarū
ab arillis añ. ℥. i. floꝝ tamariſci boraginis bu
gloſſe añ. ℥. ſ. mellis elci ℔. ſ. zuccari al. quar.
iii. fiat ſirupus clarificatus uſqꝫ ad quar. v. Ul
uſqꝫ ad. ℔. i. ſ. Medicia laxatiua. ℞. floꝝ bo
raginis bugloſſe floꝝ tamariſci añ. ℥. ſ. aniſi cu
ſcute añ. ʒ. ii. thimi epithimi agarici elci añ. ℥. ſ
uuaꝝ paſſarū mūdataꝝ ab arillis. ℥. i. fiat ꝺco
ctio i q̃ diſſoluūtur ierepigra ruffini. ʒ. ii. lapi
dis lazuli abluti. ʒ. ſ. fiat colatura uſqꝫ ad q̃rtꝫ. i
⁊ detur in aurora. Ad idẽ ℞. ierepigre iere
ruffini. ʒ. ii. lapidis lazuli abluti. ʒ. ſ. uel lapidiſ
armeni puluerizati. ʒ. i. miſce malaxando cum
ſirupo ſcolopẽdrie. fiant pill'e ad q̃ꝫtitatẽ ciceꝝ
Ad idẽ capparoꝝ ſcolopendrie aſſari lupioꝝ
cuſcute ciperi endiuie añ. ʒ. ii. epithimi ʒ. i. ordei
prunoꝝ tamaridoꝝ uiolaꝝ. fiat ꝺcoctõ ⁊ in fnie
decoctõis addãtur epithimū ⁊ ſene. deinde bul
liãt ꝑdcẽ res uſqꝫ ad ꝯſūptõꝫ tertie partꝫ. deide
decoctio ꝑdcã coletur ⁊ de colatura ſumantur
℥. iiii. ſ. ⁊ diſſoluãtur in ipſa decoctõne medulle
caſſifiſt. ℥. ſ. pulueris pil'arū de lapide lazuli. ʒ.
ſ. Ad idem buliat ruta in aceto forti ⁊ filtruꝫ
in eo infuſuꝫ bene compreſſum applicetur actu
calidū ſupra ſplenẽ. Ad idẽ. ℞. pill'arum de
lapide lazuli. ʒ. i. Ad idẽ. ℞. pill'arum de la
pide armeno uel pillularum indaꝝ. Notan
dum ꝙ poſt euacuationem ualent cappares cõ
diti cum aceto. Idem faciunt radices apii ĩ ace
to cocte cuꝫ aneto. Ad extra oleū de fraſcio ole
um de cappis. Si aūt. Ponit curaꝫ doloris
ſplenis dicens quando fuerit propter uentoſita
tem dicens ꝙ ſi ſplen fuerit tenſus ⁊ cuꝫ premi
tur auditur rugitus ſub eo ſignificat uẽtoſitatẽ
et de trociſcis de capparis eſt dandum. Ratio
patet. Secundo dicit ꝙ uinum antiquum eſt bi
bendum. Ratio quia reſoluit uentoſitatez. Ter
tio dicit ꝙ debet minorari potus aque quantū
eſt poſſibile. Ratio quia generat uentoſitatez.

82

Notandū ꝙ ſi potat aquā dꝫ eē aqua ĩ qua
ferrū ignitum ſit extinctum. Similiter ualet aq̄
decoctōis rute coſti cinamomi aniſi ſpicenardi
ſquinanti. Ad idē buliat ruta in aceto forti ⁊
ſiltrū in eo infuſum bene cōpreſſum ponatur ac
tu calidū ſupra ſplenē. Empl'm. Ponit cu
ram duriciei ſplenis per empl'm dicēs ꝙ ad du
riciē ſplenis ⁊ uentoſitatē ualet hoc empl'm. ℞
folioꝝ rute. ʒ. x. baurach mentaſtri ſicci amboꝝ
an̄. ʒ. iii. armoniaci. ʒ. vii. armoniacū ĩ ueteri ui
no diſſoluatur ex quo cetera ꝯficiātur. fat ēpl'm
quod ponatur ſuper loco. Rō q2 mollificat re
ſoluit ⁊ conſumit uentoſitatē. Ad idē. ℞. ar
moniaci bdelii picis naualis an̄ quar. ʒ. trociſci
capparoꝝ ſeis ſinapis ſulphuris alei ſiluestris
ſtercoris uaccini an̄. ʒ. i. mucilaginis ſeis fenu
greci: mucilaginis ſe. lini an̄. ʒ. ii. pulueriʒanda
pulueriʒētur ſbtiliter ⁊ gūme in aceto fortiſſimo
diſſoluātur miſce oīa malaxando cū oleo lauri
no ⁊ fiat empl'm. Ad idē empl'm ꝺ mellilotо
meſue. Ad idē. ℞. ſucci arthanite uiſcoſitatꝭ
que mulgetur ex radice ſilicis an̄. ℔. i. ſucci tha
mariſci. ℥. ii. olei irini. ℔. ii. iſopi humide. ℥. xv.
aceti. ℥. i. fiat decoctio cōpleta. Ad idē unguē
tum tale. ℞. radicū malue biſmalue radicis li
lii cepe ſquille ſeis lini ſeis fenugreci caricarum
piguiū uuarū paſſarū pinguiū an̄. ℥. ʒ. ꝯquaſſē
tur fortiter ⁊ infundantur in aceto forti p noctē
buliant poſtea in aqua ⁊ iterū conquaſſentur.
Deinde. ℞. unguēti dialtee. ℥. ii. axungie anatꝭ
medulle urtuli butiri ſine ſale an̄. ʒ. i. olei amig
dalarū dulciū. ℥. iiii. cere quantū ſufficit fiat un
guentū ⁊ multū ualet. Ad idē cerotū iſopi de
ſcriptōe filagrii. Ad idem unguentū marcia
ton unguētū nicolai. Ad idē qn̄ ſpleneticus
bibit urinam ſuam omni mane uſq3 ad dies ali
quot ſanat ſplenē. Notanduꝫ ꝙ medicinalia
que habent aſpectum ad ſplenē ſunt ireos acco
rus ariſtol'. gentiana liliū apium petroſi. utriq3
tribuli cappares agnus caſtus fraſinꝰ geneſtra
tamariſcus ⁊ mediane cortices iſtorū. Simil'r
ebuli ſambuci lupuli. vitiſ abſinthiū capil' uene
ris recens iſopus ſpuilla ſcolopendria eupatori
um cuſcute calamentū centaraurea bethonica:
aſſarū camedreos camepitheos pānis porcinꝰ
aniſum maratrū ameos ſpica nardi ſquinantū
xilobalſamū. Ualēt etiā a ꝓprietate pulmo vul
pis: ueſpertiliōis ſplen aſini ſiluestris: ſplen pul
li egni ſiccētur ⁊ pulueriʒētur: accipiatur unus
ex his uel plures.

De iliaca ⁊ colica paſſione. Sillanus

Jrca rubricā ē notanduꝫ ꝙ inteſti
norum quedam ſunt ſbtilia ſeu gra
tilia. quedam groſſa. Subtilia ſunt
tria. Primū eſt duodenum qꝺ con
tinuatur cum ſtomacho. Secundū eſt ieiuniuꝫ
quod dicitur ieiunium: quia ſunt ibi multe uene
meſayce ſugentes ipſum. Tertiū ē yleon: ⁊ i ta
li fit iliaca paſſio ⁊ alio noīe dicitur gratie ⁊ iuo
lutum: quia habet multas reuolutōnes. ut ſi ali
quid benignum moretur de chilo attrahatur p
meſaycas. Inteſtina uero groſſa ſunt tria.
Primū dicitur orbus ſiue ſaccuꝰ ſiue monocu
lum. Secundū dicitur colon: ⁊ in tali fit paſſio
colica. Tertium dicitur rectuꝫ ⁊ ꝯtinuatur cum
ano. Secundo notanduꝫ ꝙ colica paſſio ē paſ
ſio inteſtini colon doloroſa cum difficultate exi
tus ſtercoris per inferiora. ſed iliaca paſſio eſt
paſſio ileon cum cōſtipatione uentris ⁊ frequē
ti uomitu ⁊ dolore uehementi ac ſi ĩteſtina tere
bello perforarētur. Tertō notandū ꝙ iſte paſſi
ones. ſ. colica ⁊ iliaca conueniunt in ſignis cau
ſis ⁊ pronoſticis ⁊ curatione aliqualiter: licꝫ ſit
dr̄ia multiplex ut patebit ĩferius. Cauſe ergo
iſtarū paſſionū aut ſunt extrinſece aut intriſece.
Si extrinſece ſunt ſicut ſuperfluuspotus aq̄ fri
gide: aſſumptio ciborum gloſſorum ſtipticoruꝫ
ſicut caſeus durus carnes bouine legumia ne
ſpilla ſorbe pira prunelle coctana ⁊ oīa que co
artant ⁊ corrugant ⁊ oppilant inteſtina caſus p
cuſſio ruptura: ſuperfluꝰ calor aeris exiccans ⁊
reſoluens ſbtile: ſuperflua frigiditas aeris con
ſtringens: ſicut uentus borealis: ſuperfluū exer
citium: labor ſuperfluꝰ: relaxatō ſiphac ⁊ caſus
inteſtinoꝝ ĩ burſam: aſſūptio uenenoꝝ. Si cāe ĩ
triſece hoc ē uel ꝓpter alia mēbra. ſ. ap̄a epatis
uel meſaycaꝝ uel renū aut ueſice gel ꝓpter inte
ſtina. Si ꝓpter inteſtina hoc ē ꝓpter ſex cauſas
Prima ē ꝓpter ap̄a yleon uel colon calidū uel
frigidū. Secunda ē humor frigidus iuiſcatus.
Tertia ē uentoſitas incluſa. Quarta eſt fex idu
rata in teſtinis. Quinta ē uermes inuoluti in ĩte
ſtinis. Sexta ē debilitas uirtutis ſenſitiue ⁊ de
bilitas expulſiue. Quarto notandū de ſignis ſi
fuerint he paſſiones ex cauſis extrinſecis ꝯgno
ſcitur ex iudicio patientis. Si uero fuerit ꝓpter
alia mēbra habēt alia ſigna. ſ. dolorem locoruꝫ
⁊ ſi per ſigna illaꝝ paſſionuꝫ. Si fuerint ex ap̄a
tibus inteſtinoruꝫ calidis. ſigna ſunt fe. cōtinua
dolor ſitis grauitas pulſatio. Si fuerit ex ap̄ati
bus frigidis oīa ſunt remiſſiora cum grauitate
⁊ mullicie ⁊ inflatione: ⁊ quia preceſſerunt frigi
da ⁊ humida ſicut lac piſces ⁊ fructus. Si fu

rit ex fecibus iduratis ē dolor grauis ⁊ uidetur
sibi ꝙ scindātur intestina ⁊ precessio causaꝝ idu
rantiū feces sicut caliditas interior uel exterior:
uentus uel usus rerū exiccantium hūiditatē i fe
cibus. Si uero fuerit ex uentositate inclusa mu
tatur dolor de loco ad locū cū tortiōe ⁊ rugitu
⁊ uidetur sibi ꝙ acus sint incluse in itestinis ⁊ ꝙ
intestina perforētur terebello. Si fuerit ex phle
gmate inuiscato ē cum frigiditate ⁊ grauitate et
precesserunt ea que multiplicant phlegma. Ra
tōe etiā doloris aliqñ fit ibi calor ⁊ rubedo ⁊ sitꝭ
⁊ hoīes indicant ꝙ hec causa sit calida ⁊ non est
Si aūt fuerint ꝓpter uermes dicentur signa
uermiū in suo loco: ⁊ ex his cognoscetur. Si fu
erint ex debilitate sensus tunc longe egritudies
precesserūt. Quinto notandū ꝙ colica ⁊ ilia
ca differūt in pluribus: q: in iliaca ē maior do
lor ⁊ citius interficit ꝓpter sensibilitatē itestini sb
tilis maiorē. Secūdo quia in iliaca dolor ē ma
gis ambulās uersus dextrū ⁊ sinistrū ꝓpter cir
cūuolutōes itestini ileon. Tertō q: iliaca passio
ē magis ab umblico superi⁹. rō ꝓpter sitū inte
stini. Quarto q: iliaca remediatur magis p as
sūsita per os. colica uō ex clisteri. rō pꝫ. Sexto
notandū ꝺ dr̄ia q̄ ē inter colicā ⁊ lapidē renum
q: multi practici peccant in hoc nō distiguētes
bene. Pr̄ia dr̄a ē sūpta ex q̄ttitate doloris: quia
dolor renalis ē paru⁹ q̄si acutus: sꝫ colic⁹ dolor
ē magnus. Secūda dr̄ia sumitur ex loco: quia
dolor colicus incipit a parte inferiori dextri late
ris ⁊ tendit ad superiora sinistri ⁊ ē uersus ante
riora ⁊ pectinē decliuior q̄ꝫ sit ad posteriora: et
fnal' incipit a superioribus ⁊ descendit paulati
usqꝫ ad locū ubi cōfirmatur ⁊ ē decliuior ad po
steriora. Tertia dr̄ia sumitur ex tēpore: q: rēa
lis ē fortior tēpore uacuitatis: ⁊ colic⁹ alleuiatur
in ea ⁊ forte sumitur aliquid. Itē colica icipit su
bito ⁊ in breui tēpore. renalis uō paulatim.
Quarta dr̄ia sumitur ex iuuantibus: qm̄ cli
stere ⁊ exitus uentositatis ⁊ fecum alleuiant do
lorē colicū: sed non alleuiant dolorē renalē alle
uiatōe de qua sit curandū. Itē medicine frā
gentes lapidē alleuiant dolorē renalē sed nō co
licū. Quita dr̄ia sumitur ex his que adherent
urine: q: in renali p̄cessit urina arenosa ad mo
dū sabule uel arene: deinde fit sbtilis: deide ap
parent arene: sed in colica nō. Pronosticatō
passio colica ē horribilis ⁊ ꝺtestabilis eo ꝙ ster
cus emittitur per superiora ⁊ aduenint accñā
teribibilia ⁊ detestabilia: sicut sincopis spasm⁹
frigiditas extremitatū ⁊ desipiētia: ⁊ sunt signa
mortalia si continuent: ⁊ si accidētia minorētur
⁊ medicina sūpta per os. si descendat ad inferi
ora bonū est signū. si in colica superuenit uomi
tus ē malū signū: quia sig̃t ꝙ inferior pars ē op
pilata ⁊ stercora non possunt exire per iferiora
timetur ꝗ ne egrediatur p superi⁹: sil'iter aduen
tus maloꝝ accidētiū ē malū signū. Al.

I cū dolore uentris fuerit ipsi⁹ cō
strictō ⁊ nausea. sed nec calor nec
fe. affuerit ea egro dāda sūt q̄ uen
trem sine uomēdi desiderio soluāt ut ē ele
ctuariū ꝺ gallia. ꝙ ℞. masticis gar̄. ʒʒ. me
lanopipis macropipis cinamōi nucis mu
sca. gallie mus. oiuꝫ añ. ʒ. x. scamonee. ʒ. x.
postea exp̄mātur citonia acetosa ⁊ recētia
⁊ succus eoꝝ cū eiusdē quātitatis melle mi
sceanꝭ ⁊ coquanꝭ usqꝫ ad spissitudinem
paulati ⁊ cōficiaꝭ ex eo medicamē qꝺ tñ
eiusdē quātitatis sit cuius spēs sunt cuius
dosis sit añ. ʒ. ii. usqꝫ ad. ii. ⁊. ſ. Sillan⁹.
Hic determinat de colica ⁊ iliaca passione: ⁊
diuiditur in quattuor. Primo ponit curā quan
do ꝓuenit a materia phl'ica. Secundo qñ fit a
materia uētosa. Tertio qñ fit a caliditate ⁊ per
cōsequēs a duricie fecū. Quarto qñ fit ab epa
te. scōa ibi. Q. ꝺ si. Tertia ibi. Si aūt. Quar
ta ibi. Cū aūt. Pr̄ia in duas. prio facit hoc
Secūdo docet ꝓnosticari. scōa ibi. Huic pre
terea. Prima in duas. prio pōit curā qñ cū
dolore uētris ē constrictio ⁊ nausea ⁊ nō febris
nec calor per electuariū solutiuū. Secūdo pōit
curā qñ nō ē timor de nausea uehementi p eua
cuationē per uomitū ⁊ p pill'as secūda ibi. Q. ꝺ
si nausea. De pr̄ia dicit ꝙ si cū dolore uen
tris fuerit stipticitas uentris ⁊ nausea: sed neqꝫ
febris neqꝫ calor: suple arguendū ꝙ fit a mate
ria phl'ica: tunc debent dari egro euacuātia nō
inducētia appetitū ad uomitū: sicut ē electuariū
de gallia. secūdo ponit descriptionē. ℞. masti
cis gar̄. ʒʒ. melanopipis macropipis cinamōi
nucis mus. gallie oium añ. ʒ. x. postea exp̄mātur
citonia acetosa ⁊ recentia ⁊ succus eoꝝ cū eadē
quantitate mellis misceatur ⁊ coquatur paulati
usqꝫ ad spissitudinē ꝯficiātur cū eis. medicamē
soluit ⁊ confortat stomachū rōe spēruꝫ. Ad
idē dyacitoniren solutiuū cū spēbus descriptōe
mesue uel nicolai. Ad idem brodiuꝫ antiqui
galli in quo cocta sint polipodiū quercinū semē
aneti anisi usqꝫ ad ossiū separatōneꝫ. Ad idē
medicina dicta. c. de dolore stōachi a materia
frigida. Ad idē cōfectio delectabilis laxatia
Ad idē dyarob cū turbith. Ad idem elcū
ariū indum. Al.

Q̃d si nausee vehemētia nō fuerit nec
eger medicias vomuerit: pill'e iliace sūt dā
de. Que. ℞. coloqntide serapini amboꝝ
ā͞n. ʒ. x. scamonee. ʒ. iii. ⁊ tertiam ifoꝛmēt
pill'e de quibus vnius aurei pōdus ē dandū
velociter eni passiōz dissoluūt iliacā. Sil.
Ponit curam per euacuationē ꝑ pill'as qn̄
nō ē timoꝛ de uomitu. Et prio facit hoc. secūdo
ponit remedia alia. secunda ibi. Si āt passio.
De prima dicit ꝙ si nō fuerit uehemētia nau
see ⁊ eger nō uomuerit pill'as uel medicias dn̄t
dari pill'e iliace. rō qꝛ euacuant materiā phl'icā
Secūdo pōit descriptionē. ℞. coloqntide sera
pini amboꝝ ā͞n. ʒ. x. scamonee. ʒ. iii. ⁊ tertiā. foꝛ
mētur pill'e de quibus pōdus. ʒ. unius ē dandū
qꝛ cito dissoluūt doloꝛē iliacū. Ad idē medi
cine dicte in doloꝛe capitis a materia frigida.
Ad idē ierapigra. Sil'r valet bn̄dicta. Al.
Si aūt passio iliaca difficilis fuerit nec
medicamina vētris solutiua eis contulerit
h̄ suppone colliriū. Q̃d. ℞. salis panis. ʒ.
x. coloqntide interioꝛis scamonee amboꝝ
ā͞n. ʒ. ii. ⁊. ſ. fiant ex eis colliria lōga ⁊ sup
ponāt. Et si nō cōtulerint ex enemate leni
clisterizet. ꝙ. ℞. ficus citrinas. v. furfuris
quantū vna manu capi pōt maluauisci.
M. i. hec in pāno ligato ⁊ sicle folia. x. in
duabus. lb. aque coquant donec ad vnam
redeant. deide colet ⁊ ponat sup eaz bau
rach pōdus vnius aur. olei sisami. ℥. i. ⁊ fiat
clistere ex eo. Si aūt quis fortius ⁊ acutius fa
cere voluerit pōdus aur. vnius de collirio
qd̄ prius diximus admisceat. Clistere ve
hemēter soluens quo tunc vtendū ē cum
medicamina nō cōferūt nec vēter soluitur
℞. coloqntide iterioꝛis. ʒ. x. centauree. ʒ.
v. buthoꝛmarien arthamita āboꝝ ā͞n. ʒ. ii
oīa in tribus. lb. aque donec ad tertias duas
redeāt. coquant ⁊ colent: deide dissoluāt
in ea alchitrā mell' āboꝝ ā͞n. ʒ. iii. castoꝛei:
serapini oppoponac. collirii qd̄ ꝓdiximus
oium ā͞n. ʒ. ii. misceant oīa ⁊ dū ē tepidū
fiat ex eo enema ⁊ si squibale exierint itere
tur clistere donec exire videtur. h̄ nāqꝫ cli
stere admistrari dꝫ cū res fortissima ē ⁊ pes
sima ⁊ i colica mala ⁊ ē illa in qua sit nau
sea valde vehemēs ⁊ ifirmus nō egerit.
Huic ꝓterea egritudini qn̄qꝫ fetida supue
nit eructuatio ⁊ plerūqꝫ stercus ꝑ os egre
diat qd̄ cū accidit sepe mortē ꝓtēdit. Sil.
Ponit curā per alia remedia: ⁊ diuiditur in
duas. Primo ponit curā per suppositoꝛia. Se
cūdo per clisteria. secūda ibi. Et si nō. De
prima dicit ꝙ si passio iliaca fuerit difficilis: et
medicine uentris solutiue nō conferūt: dꝫ sup
poni suppositoꝛiū tale. ℞. salis. ʒ. x. interioꝛū
coloquintide scamonee ā͞n. ʒ. ii. ſ. fiant supposi
toꝛia longa ⁊ superponātur. ratio doloꝛ descen
dit in inferioꝛibus intestinis: vnde suppositoꝛia
plus attingunt ad locū. Ad idē fiant supposi
toꝛia cū modico salisgēme esula ⁊ melle ⁊ fiant
longa ut plus attingant ad partes supioꝛes.
Et si nō. Ponit curā per clisteria ⁊ prio po
nit curam per clistere lenitiuū. secūdo per clistē
acutū. secūda ibi. Si aūt. De pria dicit ꝙ si
non contulerint suppositoꝛia dicta dꝫ fieri clistē
lenitiuū. ratio qꝛ mollificat ⁊ relaxat: unde ma
teria ē plus apta ad euacuationē. Secūdo pōit
descriptionē. ℞. ficus citrinas. v. furfuris qꝫtū
pōt capi una manu maluauisci. M. i. hec i pan
no ligata ⁊ folia sicle. x. coquātur in. lb. ii. aque
donec ad unā redeat. deide coletur ⁊ ponatur
baurach pōdus aurei unius olei sisamini. ℥. i. fi
at clistere. Si aūt. Ponit curā per clistē acu
tū. prio unū. secundo alid. secunda ibi. Cliste
re. De prima dicit ꝙ si quis uellet facē clistē
acutius ⁊ foꝛtius pondus aur. unius de collirio
qd̄ prius diximus admistretur. Notandum
ꝙ clistere lenitiuū ponitur alicubi sic in foꝛma.
℞. malue bismalue mercurialis brāche ursine
ā͞n. M. i. caricarū pinguiū nūero. x. seis fenu
greci se. lini se. aneti ā͞n. ℥. i. furfuris pugill. i. olei
sisamini mell' ā͞n. quar. ſ. salisgēme. ʒ. i. uel salis
cōis. ʒ. ii. cassie bene piguis. ℥. i. ierepigre. ℥. vi.
fiat clistere usqꝫ ad q̃r. v. Clistere. Pōit ali
ud clistere foꝛtius quo ē utendū qn̄ medicamia
alia non conferūt. ℞. interioꝝ coloquintide. ʒ.
x. bucchoꝛmariē arthanite amboꝛū ā͞n. ʒ. rute
mentastri oꝛigani ā͞n. M. i. oīa i tribus. lb. aq̄
coquātur dūce redeant ad duas tertias. deide
coletur ⁊ dissoluatur in ea alkyran mell' ā͞n. ʒ.
iii. castoꝛei serapini oppoponaci collirii quod
diximus oium ā͞n. ʒ. ii. misce oīa ⁊ dū ē tepidū
fiat enema. Secūdo dicit ꝙ si squibale nō exie
rint iteretur clistere: qꝛ debent iterari cū res est
foꝛtissima ⁊ mala. Ad idem. ℞. paritarie cē
tauree minoꝛis oꝛigani calamenti montani ā͞n.
M. i. anisi cimini cartami mundi ā͞n. ʒ. i. poli
podii quercini turbit bene gūmosi seis raphāi.
ā͞n. ℥. ſ. pulpe coloquintide. ʒ. ii. furfuris pugill.
i. mell' olei rute ā͞n. quar. ſ. salisgēme. ʒ. i. succi si
cle. ℥. i. fiat clistē usqꝫ ad quar. v. Huic ꝓterea
Docet pronosticari dicens ꝙ in hac egritu
dine aliqn̄ accidit eructuatio fetida ⁊ aliquādo

stercus per os egreditur. Secūdo dicit q cū ac cidunt ista pnosticātur mortē. rō q3 signt defec tū vtutis ex hoc marie accidit qn̄ apa est in inte stinis. Almansor.

Qd si cū dolore vētris nō fuerit ipsi stricturа: s3 inflatō et rugit et tensio in vē tre existūt. Cōfectio de bacis lauri dāda ē que. R. folior rute siccorū. ʒ. x. ameos ci mini nigelle keysi3 origani carui alexādri amigdal. amarar melanopipis macropi peris mētastri dauci accori baccar lauri ca storei oiu3 an̄. ʒ. ii. serapini. ʒ. iiii. oppopo naci. ʒ. iii. cōficiant cū melle eiusdē ponde ris. cui dosis sit ut auelana vna aut naba cha mult3 vicib. ℥. i. vini calefci: aut cum apozimate d radicib. huic cōfectōi i rmo uēda vētositate et dissoluēda nihil equipa rat. Hoc pterea suppositoriū subijciat qd sit vētositatis dissolutū. R. cimini foliorū rute viridis ābor an̄. M. i. buchormariē arthanite ambor an̄. ʒ. iii. baurach. ʒ. i. cō ficiant ex melle et supponat cū spōgia ul lana. hoc eni dissoluit ventositatē iferi et expellit. Uenter quoq3 assidue ex pāno ca lido vaporand est. et eger in tina mittēd Si aūt hec nō suffecerit vētosa cū igne po nenda ē. et locus donec rubere iceperit fri cand. Post hoc iterato fieri conuenit ex oleo rutaceo et ex alijs oleis calidis. et ex eis clisterizand ē eger. postq3 eis admixta fu erint castorei euforbij ābor an̄. ʒ. s. Hāc ve ro solit pati egritudinē dū sanus ē caueat ne vinū aqua mixtū bibat: nec etiā sumat vinū nisi pur et forte: nec aquā multa3 bi bit: et abstineat ab herbis et lacte et oib inflatis. Filoniū faciēs iliōs cū maximo coartant dolore et timetur ne sincopis su pueniat: vētositatē carminat et sōnū puo cat. R. pipis ameos folior rute mētastri castorei baccar lauri cimini oium an̄. ℥. i. opij mādragore iusqami oium an̄. ℥. s. cō ficiātur cū melle eiusdē quātitat3 detur ex eo pōd aur. vnius huic quoq3 electuario addit plerūq3 scamonee. ℥. tertia et fit tūc medicamen uentris solutiuū. Sillanus

Ponit curam colice qn̄ fit a uentositate: et ita iliace: et diuiditur in tot quot sunt partes: et quot remedia ponit. partes patebūt. De pria di cit q si cum dolore uentris nō fuerit strictura: s3 inflatio et rugit et tensio in uētre d3 dari ɔfectio de baccis lauri. rō quia dissoluit et euacuat ven tositatē. Secūdo ponit descriptionē. R. foliorū rute siccor. ʒ. x. ameos cimini nigelle keysi3. i. leuisticū origanū carui alexandrini amigdalar amararū macropipis mentastri dauci melano piperis accori baccar lauri castorei oium an̄. ʒ. ii. serapini. ʒ. iiii. oppoponacis. ʒ. iii. cōficiantur cū melle eiusdē ponderis. dosis sit q3tū una aue lana cū. ℥. i. uini calefacti: aut cū decoctōe cū ra dicibus. Tertio dicit q huic ɔfectōi p uētosita te remouēda nihil equipatur. Ad idē ual3 di acinū diatriōpiperon. Sil'r ualet cōestio cimi ni torrefacti mediū coclear de mane. et si non de tur āte cenam: et istud ē secretū et ualet p paupi bus. Hoc pterea. Ponit curā per supposi torium. dicens q debet subiici hoc suppositori um. R. cimini foliorum rute uiridis an̄. M. i. bucchormarien. i. cyclamis athanite ambor3 an̄. ℥. ii. baurach. ʒ. i. ɔficiātur cū melle et suppo nātur: q3 dissoluūt uentositatē et expellunt per i ferius. Ad resoluendū uentositatē. ualet aq uite in qua bulierit ameos et castoreū et aristol. lon. Item oleū rute et aneti. Item tyriaca ātiqua per os et per extra. Itē empl'm d gra nis lauri descriptione mesue. Item spōgia in fusa in decoctōe rer carminantiū. ubi addatur oleū rute et aneti an̄. ℥. i. s. ierapigra an̄. ℥. i. s. ul' ℥. i. difinitōis. ℥. ii. uel. ℥. s. cassie. ℥. i. Super sto machū ponatur oleū de spica ul' de costa i quo buliāt gar. ameos et mastix. Itē suppositoria cōia ubi addātur salgēma agaricus et puluis ie repigre. Uenter quoq3. Ponit curā p eua porationē factā ad uētrē dicens q uēter euapo randus ē pāno calido. Rō q3 actuali caliditate resoluit uentositatē. Ad idē ualet sacculus de pānico et sale torrefactis. Et eger. Ponit cu ram per balneū dicens q eger debet itrare bal neū. rō patet. Notādū q balneū qd appro ximatur ul' ē balneū aque dulcis calide ul' frigi de: et tunc ualet solū ad mitigandū dolorē: quia anodium.: uel ē balneū aque dulcis naturaliter calide ut sulphureū etc. Et plus ualet dissoluen do: uel ē balneū artificiale in quo coquūtur res resoluentes uentositatē: ut herbe uel seia. d her bis: ut ruta antheos feniculū calamentū pulegi um camedreos camepitheos. De seibus: semē anisi feniculi cimini rute carui ameos aneti. Ad idē ualet spongia infusa in decoctione pdcā rum herbar expressa et superposita uētri: et hoc fiat sepe. Ad idē pannus calidus i quo ponā tur dicte herbe cocte. Ad ide3 uesica impleta aqua decoctionis herbaru3 predictarum. Uel uas eneum plenū aqua predicta circūuolutum pāno calido. Ad idē ualet stupha. Similiter

ualet suffumigiū factum ex thure mastice ligno
aloes ⁊ uernice. Ad idem. ℞.seis lini torre
facti.℔.ʃ.cimini paꝝ torrefacti.℥.i.furfuꝝ grossꝫ
pugillū.i.cōquassa ⁊ fiat saccul⁹ vni⁹ palmi lar
gi ab utraqꝫ parte buliat in aqua uel uino ⁊ for
titer expressus ponatur supra uentrē: ⁊ debet co
qui donec uadat piguedo superius· **Si aūt.**
Ponit hic curā per uentosam dicens ꝙ si nō
sufficit quod dictuꝫ est dꝫ poni uentosa cū igne
sine scarificatōe supra uentrē.rō patet: qꝛ calidi
tas actualis resoluit uentositatē. **Et locus.**
Ponit curaꝫ per fricationē dicens ꝙ locus est
fricandus quousqꝫ incipiat rubere. **Post hoc**
Ponit curam per inunctionē dicens ꝙ ꝺ̇bet
fieri inunctio uentris ex oleo rute ⁊ aliis oleis ca
lidis: sicut sunt oleū de aneto oleū ꝺ̇ kerua oleū
laurinū oleū de enula oleū nardinū oleū de pu
legio.ratio patet: quia oīa talia dissoluūt uētosi
tatem. Ad idem emplm̄ de granis lauri.
Et ex eis. Ponit curā per clistere dicens ꝙ
eger debet clisterizari cum predictis addendo
castorei euforbii añ.ʒ.ʃ.ratio patet. **Hanc vo**
Ostendit a qbus sit abstinendū dicēs ꝙ cō
suetus pati hanc egritudinem dum est san⁹ de
bet abstinere a potu uini mixti aqua.ratio quia
generat uentositatē .sed debet sumi uinuꝫ anti
quū purum.rō quia est calidum ⁊ siccum resol
uens uentositatem. secūdo dicit ꝙ debet absti
nere ab herbis lacte ⁊ aliis inflatiuis. **Filoniū**
Ponit curā per filoniū dicens ꝙ filoniū ua
let iliacis cum coartātur maximo dolore ⁊ cū ti
metur ne sincopis superueniat egro ⁊ uentosita
tem resoluit ⁊ maxime prouocat somnū. Secun
do ponit descriptionē. ℞.piperis ameos folio
rum rute mentastri castorei baccaꝝ lauri cimini
oium.añ.ʒ.i.mandragore seis iusquiami añ .℥
ʃ.cōficiantur cū melle eiusdē quantitatis detur
ex eo pondus.ʒ.unius. Subdit ꝙ huic electua
rio aliqñ additur tertia.℥.scamonee ⁊ efficitur
solutiuū. Ad ideꝫ ualet sarrace. Notādū
ꝙ stupefactiua nō debent exhiberi nisi qñ ñ con
ferunt alia ⁊ debent dari in parua quantitate et
parum morari. Al.
**Si aūt cum dolore fe .affuerit cassiefi
stula i succo endiuie bulito ex dispūato dis
soluta egro ē dāda. ⁊ sirup⁹ uiol.i potu est
tribuend⁹. ⁊ nutriend⁹ ē ex taphea cū olo
de amigdal dulcib⁹ cōdita. ⁊ ex leni cliste
ri clisterizandus. Sillanus.**
Ponit curā colice qñ fit a caliditate febrili: ⁊
diuiditur i quattuor. Primo ponit curam ꝑ me
dicinā laxatiuā. secūdo per sirupū. Tertō ꝑ di
etaꝫ. Quarto per clistere. secūda ibi. **Et sirup⁹**
Tertia ibi. **Et nutriendus.** Quarta ibi. **Et ex
leni.** De prima dicit ꝙ si cū dolore etiā fuerit
fe. debet dari cassiafist. dissoluta i succo endiuie
bulito ⁊ despumato. Rō quia ē lenitiua ⁊ uacu
atia colere si sit ibi: ⁊ qꝛ remollit feces duras fa
ctas ꝓpter fe. Ad idem ualet māna data. Ad
idem decoctio prunorū ⁊ tamarindoꝝ cū zucca
ro. **Et sirupus.** Ponit curā per sirupū dicēs
ꝙ sirupus uiolatus ē dandus in potu .rō qꝛ in
frigidat ⁊ lenit ⁊ sic ualet contra fe. **Et nutrien
dus.** Ponit curam per dietam dicens quod
eger ē nutriendus cum taphea cum oleo ꝺ̇ ami
gdalis dulcibus. rō quia ē cibus lenitiu⁹. Ad
idem ualent spinachia. **Et ex leni.** Poīt cu
ram per clistere dicens ꝙ eger debet clisteriza
ri ex clistere lenitiuo. Ad idem. ℞. olei mūdi
quar.i.summitatū malue bismalue herbe uiola
rie añ. M.i.prunoꝝ damascenoꝝ sebesten añ.
nūero.x.seis melonis mundati se.portal.se.cu
curb.añ.℥.i.furfuꝝ pugill.i.olei roꝭ .olei uiol.
añ.℥.ʃ.cassiefist.bene piguis. ℥.i. electuarii de
succo roꝭ.ʒ.v.fiat clistere usqꝫ ad quar.v. Al.
**Cū aūt loc⁹ doloris in ventre apparuerit
grossus ⁊ eger habens apa i principio fle
bothomet. deinde cassiafist. cū succo her
baꝝ sepe dādaē. Et sit cibus ei⁹ cui hic do
lor ex cōsuetudie accidere solet taphea un
ctuosa cuꝫ zuccaro ⁊ oleo sisamino: ⁊ ab
stineat a stipticis ⁊ acetoꝭ ⁊ a cibis grossis
⁊ vētrē strigētib⁹. Qui aūt cū h dolore uē
tositatē pati solit⁹ ē. cibet cū calagie ⁊ mu
tagenat cōditis cū seibus ⁊ abstineat ab
olerib⁹ ⁊ lacte ⁊ oibus q̄ inflant. Et bibat
vinū forte ⁊ nō viciatū. aut idromel cum
spēb⁹ q̄ pro cōdito ponētur ut pip. q̄s dice
m⁹. Hec est cōfectio ei⁹. ℞. mell mundi. ℔.
i. aq̄. ℔. vi. misceant ⁊ coquant diu ⁊ spu
ment bñ donec fiat ad spissitudinē iuleb.
Cūqꝫ hoc factū fuerit in vnaquaqꝫ. ℔. ex
eo mittat. ʒ.ii. pulverizati pipis in panno
ligati donec appropiquet finis decoctōi
ei⁹. ⁊ cū infrigidat extrahat pān⁹ ⁊ expri
mat ⁊ cū necesse fuerit ꝓpinat. Cōfert ēt
cui hec passio ex vētositate ⁊ grossa super
fluitate accidere solet oleū de kerua recēti
cū apozimate de seibus sūptū. Confectio
apozimatis de seibus hec est. ℞. ameos ci
mini cheisim carui origani nigelle omniū
añ. pugillū vnū. Istis aūt admisceant. ℔
iii. aque ⁊ coquātur donec ad. ℔. i. ⁊ ʃ. re
deāt. de hoc itaqꝫ apozimate sumat. ℥. ii.**

quibus.ʒ.iii.olei de kerua addátur ⁊ mľ tis diebus bibátur. Sed si cui dolor iste cũ calore supuenerit pruna.xx.⁊ fic⁹ citrinas v.⁊ passulaꝝ enucleataꝝ.ʒ.v.sumâtur ⁊ coquantur ⁊ colétur.deinde cassiafist.i eo dissoluta coletur cui oleũ amigdaľ. admisceaľ ⁊ sumatur. Et ex apozimate qđ i. c. de reumatissimo diximus in potu tribuaľ Uenter ṽo si multũ fuerit sicc⁹ ṗdicto apozimati addanľ polipodii ⁊ turpith âboꝝ añ.ʒ.ii. ⁊ coquâtur cum eo ⁊ deľ donec uenter soluaľ.cũ aũt solutus fuerit remõeatur polipodiũ ⁊ turbit. Cófectio elľij qđ ventré soluens destruit ventositaté ⁊ grauedinem. ℞.turbit albi fricati ⁊ pulverizati.ʒ.xx.zuccari.ʒ.xxx.ʒʒ.ʒ.x.hui⁹ pulueris.ʒ.iii.ad bibendũ tribuaľ. Pilľe đ q bus cũ quis uẽtré soluere uoluerit uná sumere debet que ⁊ appetitũ excitant ⁊ inflationé resoluũt ⁊ grauediné ⁊ cibũ digerũt ℞.masticis.ʒʒ.cinamomi gaľ.neresmic ⁊ melanopiperis macropipis scamonee zucca.violaꝝ oium añ.℥.i.fiant ex eis pillule ad magnitudiné ciceris ⁊ sumaľ vna.mouebit eni semel aut bis. Silla.

Ponit curá colice qñ fit ab apate.⁊ diuiditur in quattuor. Prio facit hoc. Secũdo reuertitur ad ponendũ curá qñ fit a uentositate. Tertio qñ fit a caliditate. Quarto qñ fit a frigiditate. secũda ibi. Qui aũt. Tertia ibi. Sed si cui. Quarta ibi. Uenter ṽo. Prima in tres. primo ponit curá per phlebotomiá Secundo per mediciná laxatiuá. Tertio per dietá. scđa ibi. Deinde. Tertia ibi. Et sit cibus. De prima dicit ꝙ ubi locus doloris apparuerit grossus ⁊ hũerit apa a principio dʒ fiẽi phlebotomia.rõ qr prohibet fluxũ materie ad locũ apatis ⁊ dʒ fieri a basilica. Notádũ ꝙ pôt apparẽ apa si ponatur digitus in ano uel illud instrm quod ponũt cirurgici medici ⁊ dr speculum. Deide cassiafist. Ponit curá per medicinaʒ laxatiuá dicens ꝙ debet dari cassiafist.cum succo herbaꝝ.rõ quia lenit ⁊ euacuat ⁊ ampliat intestina

Ad idem.℞.aque decoctõis endiuie folioꝝ altee malue ⁊ cuscute hũide.q. sufficit medulle cassiefist.℥.i.olei amigdalaꝝ dulciũ.℥.i. Ad idem ungatur locus cum oleo camomille ⁊ aneti. Et sit. Ponit curá per dietá dicens ꝙ cibus dʒ eé taphea unctuosa cũ zuccharo ⁊ oleo sisamino.rõ patet qr est cibus lenitiuus. Secundo dicit ꝙ debet se abstinere a cibis stipticis acetosis ⁊ grossis stringentibus uentré.rõ qr claudũt ⁊ stringunt intestina ⁊ oppilant. Notandum ꝙ clistere quod ualet ad mundificandum é. ℞ lacctis uacini.℔.cassiefist.℥.i.fiat clistere: ⁊ sic factum fuit in una dña que non assellauerat p x.dies.. Qui aũt. Reuertitur ad ponendũ curam doloris uẽtris a uentositate ⁊ diuiditur in tres. Prio ponit curam per cibuʒ. Secũdo per potum. Tertio per quoddá aliud sumptũ. secunda ibi. Et bibat. Tertia ibi. Cófert etiá.

De prima dicit ꝙ ɔsuetus pati hanc egritudiné debet cibari cum calagie ⁊ mutagenath códitis cum seminibus.rõ quia tales cibi dissoluunt uentositatem. Secundo dicit ꝙ debet abstinere ab oleribus ⁊ lacte ⁊ omnibus inflatis. rõ patet. Et bibat. Ponit curá per potũ dicens ꝙ debet bibere vinum potens nõ mixtum aqua.rõ patet. Secundo dicit ꝙ debet bibere idromel cum spẽbus que ponũtur pro cõdito ut piper. Et ponit descriptioné ydromelľ. ℞.mellis mundi.℔.i.aque.℔.vi.misceâtur ⁊ coquantur diu ⁊ spumentur bene donec fiat ad siľitudiné iulep: ⁊ cum hoc factum fuerit in unaquaqʒ ℔.ex ea.ʒ.ii.pipis pulverizati mittatur ligati ĩ panno donec appropinquet finis decoctóis ei⁹ ⁊ cum ĩfrigidatur extrahatur pann⁹ ⁊ exprimatur ⁊ cum necesse fuerit approximetur. rõ remedii patet: qr dissoluit uẽtositaté. Ad idé ualet aqua ardens. Ad idé ualet tiriaca dissoluta in uino calido. Cófert etiá. Ponit curá per aliud locale dicens ꝙ in tali confert oleũ de kerua recenti sumptum cuʒ decoctione de seibus rõ quia resoluit uentositatem. Secundo ponit descriptioné decoctionis de seibus. ℞.ameos cimini keisim carui origani nigelle oium añ pʒ i.istis admisceâtur aque.℔.iii. coquátur dõec redeant ad.℔.i.s. Tertio ponit dosim dicés ꝙ sumátur.℥.ii.decoctóis ⁊.ʒ.iii.olei de kerua et sumatur multis uicibus. Sʒ si cui. Reuertitur ad ponendum curá qñ fit a caliditate. Prio per uná mediciná. Secundo p aliá.ibi secunda Et ex apozimate. De prima dicit ꝙ si dolor uentris supuenerit cum calore detur medicia laxatiua talis. ℞.pruna.xx.ficus citrinas. v.coquátur ⁊ colétur.deinde cassiafist.in eo dissoluta coletur: cui oleũ amigdalaꝝ misceatur. ratõ patet. Et ex apozimate. Ponit curá p aliã mediciná dicés ꝙ in potu detur de apozimate de quo dictũ é in.c.de catarro.rõ qr euacuat leniédo materiá calidá. Venter ṽo. Põit iterato curá qñ dolor uentris fit a phlegmate: ⁊ diuiditur in tres. Primo ponit curá p decoctõnem solutiuá. Secundo per pulueré. Tertio p

85

pillꝰas.secunda ibi. **Confectõ electuarii.** Ter
tia ibi. **Pillꝰe.** De pria dicit ꝙ si uēter fuerit
multum siccus cū predicta decoctione addātur
polipodii turbith amboꝝ aā.ʒ.ii.coquātur cuȝ
ea ⁊ dentur donec uenter soluatur ⁊c. **Confec
tio electuarii.** Ponit curā per puluerē dicēs
ꝙ puluis uentrē soluens ⁊ inflatiōes dissoluēs
⁊ grauedinē. ℞.turbith al.puluēizati.ʒ.xx.ȝȝ.
ʒ.x.zuccari.ʒ.xxx.doſ sit.ʒ.iii.detur ī potu.pos
set tñ fieri in forma confectionis. **Pillꝰe.** Po
nit curā per pillꝰas dicens ꝙ cum qs uoluerit
soluere uētrē debet sumere pillꝰas istas que ap
petitū excitāt ⁊ inflationes reprimunt ⁊ grauedi
nē ⁊ cibum digerunt. ℞.masticis gaſ. ȝȝ.nere
misch.i.seis peonie anisi melanopiperis:scamo
nee uiolꝰ.omniū aā.ʒ.i.fiant pillꝰe ad quātitateȝ
cicerū: ⁊ sumatur una q: mouebit selꝰ aut bis.

Notandū ꝙ hec tracea ꝯsumit uentositateȝ
℞.ȝȝ.al.℥.ſ.anisi.ʒ.ii.coriandri preparati et
conditi quar.ſ.macis galange cubube domesti
ce nucismusca.subtilissime pulerizate aā.ʒ.i.
gaſ.in partes diuisoꝝ nūero.xxx.liquicie. ʒ. v.
zuccari al.quantū sufficit fiat tragea grossa ⁊ d
ipsa detur patienti ad comedendū ⁊c.

De fluxu ventris. Sil.

Circa rubricā ē notandū ꝙ fluxꝰ uē
tris ē triplex.s. lienteria dissinteria
⁊ dyarria. Lienteria est fluxus ci
balis in eadē qualitate ⁊ quātitate
in qua fuit assumptus. Dyarria ē fluxꝰ hūo
ralis undecunqȝ sit siue excortigatione intestio
rum. Dissinteria ē fluxus hūoralis cuȝ exco
riatōe intestinoꝝ. Unde notandū ꝙ fluxꝰ uē
tris uel ꝓuenit ꝓpter causas intrinsecas uel ex
trinsecas. Si ꝓpter causas extrinsecas aut ꝓp
malitiā ciboꝝ aut malū ordinē: aut ꝓpter q̄lita
tes uenenosas: aut ꝓpter naturā tēporis ⁊ cōsti
tutionē talē. Si uero fuerit ꝓpter causas intrin
secas sic aliqñ prouenit a capite per uim reuma
tis: aliqñ a stōacho: aliqñ ab intestinis superio
ribus uel inferioribus: aliqñ a uēis meseraicis
aliqñ ab epate: aliqñ a splene: aliqñ a toto cor
pore: aliqñ a repletione: aliqñ ab inanitōe: ut in
ptisi ⁊ ethica: ⁊ aliqñ in febribus pestilentialibꝰ
⁊ hoc alioꝝ rōne cōplꝰonis naturalis ut in trau
lis: aliqñ ex permutatione etatis: ut ī afforismo
scđe particule. Quibuscūqȝ iuuenibꝰ exñtibus
uētres ⁊c. Tertio notādū đ signis distictiuis
Si fuerit ꝓpter cās extrinsecas ⁊ ꝓuenit a capi
te. Signa sunt q: ꝓuenit plus pꝰ somnū longuȝ
⁊ est cōseruās ꝓrios ⁊ cū eo sunt signa catarro
rū ⁊ lexiōis cerebri. si fuerit a stōacho signa sūt
q: non seruāt ordinē nec peroxismū certū ⁊ pro
uenit magis de die q̄ȝ de nocte ⁊ ē grauitas uel
lesio stōachi ⁊ dolor ⁊ egestio indigesta. si fuerit
ab intestinis signa sunt q: nō seruat ordinē ⁊ ꝓ
uenit magis de die q̄ȝ de nocte ⁊ ē dolor intesti
noruȝ. si v̄o uenit a uenis mesaycis distiguitur
q: fluxus ē chilosus: q: nō pōt trāsire chilus per
mesaycas ꝓpter oppilatōȝ ipsaꝝ. si v̄o fuerit ab
epate fluxus ē ꝑyodicalis ꝑcipue si ē ex oppila
tione: ⁊ talis accidit frequētiꝰ: ⁊ talis magis de
ludit medicos. Tertiū signum q: talis magis ac
cidit de nocte q̄ȝ de die precipue in hyeme. Ali
ud signum ē coloris uarietas. Aliud ē fedꝰ color
ī dextra parte uersus ypocundria. si autē fuerit
a splene distinguitur q: ē grauitas splenis ⁊ flu
xus magis mlꝰicus. si fuerit a toto corpore ex op
pilatōe pororuȝ exterioꝝ. vñ superfluitates nō
pñt exire distinguitur ex iudicio patientis: q: ste
tit in aere frigido: ⁊ sic de similibꝰ cāis. sed si fu
erit in corporibꝰ inanitis: ut in ptisicis ⁊ ethicis
distinguitur: q: fluxus ē liq̄factiuus ⁊ apparet
pinguedo in tali fluxu. Sed si fuerit in corpi
bus repletis. uel fit per uiā mūdificatōis totius
corporis ut in bona crisi: uel per uiā sinthomatꝫ
ut in mala crisi distinguitur: q: seqtur alleuiatō
uel aggrauatio infirmi. si fuerit rōne cōplexiōis
naturalis ut in traulis distinguitur ex traulisati
one ⁊ ex causis fluxibilitatis uētris q̄ ponūtur
ī ꝯmeuto afforismi. Quibuscūqȝ iuuenibꝰ exñti
de nocte ⁊ hñt anhelitũ fetidũ ⁊ amaꝝ: aliqñ ei
ciũtur ꝑ nares os ⁊ ꝑ iferiora.Jõ di ꝙ aliqñ ꝑ
forãt itestia ⁊ exeũt ex ⁊ ẽ stupor audir si ueꝝ ẽ ⁊
ꝯsueuerũt sequi terribilia accidñtia sicut ẽ mate
ria epilesia appetitus cãin⁹ ⁊ bolism⁹ sincopis
iliaca passio ⁊ colica ⁊ epatꝭ passiões ⁊ sũt cũ sti
pticitate uẽtris ut plurimũ.Et si sũt i intestis su
piorib⁹ ascẽdit dolor ⁊ i lõgitudie sẽtiũt quẽdã
pruritum quasi continuũ sicut si formice essent
in ano. Si i sunt i itestinis mediis causatur
ibi dolor in medio loco. Pronosticatio.
Uermes frequentius generãtur in pueris aut
in gulosis ⁊ circa autumnũ. Uermes in febri
bus.aut sunt in principio aut in medio aut infi
ne.Si i pricipio aut sũt uiui aut mortui. Si uiui
malũ signũ ẽ qꝛ sigñt fe.pestilẽtialẽ ⁊ malã corru
ptõꝫ.si mortui bonũ sig̃.ẽ qꝛ sigñt mundificat
tõꝫ.si i fie appẽt ⁊ sũt uiui bonũ ẽ sig̃.qꝛ uẽiũt

tunc ratione mundificationis. Si uero mor
tui malum est signuȝ: quia significat hoc eē ex
malitia materie. Si uero apparēt ī medio sēp
malū ē signū siue uiui siue mortui appareāt qa
se. cōicans v̇mes semper ē malū: qꝛ cōsumit nu
trimentū uermiū ⁊ auget putredinē ex qua ge
nerantur v̇mes ⁊ ita angustiantur ⁊ magis mo
uētur ⁊ sic patiēs magis molestatur. Alman.
Ui hoc nocumento solit᷒ ē ledi a ci
bis grossis ⁊ unctuoꝫ sibi cauere
dȝ. ⁊ quotidie anteq̄ȝ comedat su
mat bucellas aliq̄s cū sinapi ⁊ almuri. h
eni ipsos generari ꝓhibet. Si v̇o eos ge
nerari cōtingat n̄ cōuenit nisi ut expellanꝶ
Medicamē ascaridēs expellēs: burūgi ex
corticati cū ualde famelic᷒ ē eger. ʒ. vii. su
manꝶ. Medicamē magnū expellēs lūbri
cos. ℞. burūgi excorticati turbith se. nil.
oīm ꝑtes eq̄les lupinoꝝ nasturcii cambil.
an̄. ꝑtē mediā sumanꝶ ex eo in potu. ʒ. vii.
pri᷒ tn̄ bibat eger lac mox ut mulctū fuerit
ꝑ tres dies ⁊ deide die q̄rta dietet se. ⁊ d̄ ꝓ
dicto medicamīe ī lacte adhuc calido ut ē
mlctū dissoluto aceto dū ē ualde famelic᷒
bibat. Uermes v̇o minuti q ī ano fiūt ꝑ q
b᷒ generaꝶ prurit᷒ in eo: ⁊ iō cū fricaꝶ an᷒
expellunꝶ cū coto qd̄ ex oleo abluto inuo
lutū īmittaꝶ: aut īmittaꝶ cuȝ oleo de griso
mil. aut succo mentastri auteȝ inuoluatur
ex parua quantitate aloes ⁊ felle uaccino
⁊ superponatur. Sillanus
Determiat de v̇mib᷒: ⁊ diuiditur ī duas.
Prio docet p̄seruare a v̇mib᷒. Scd̄o pōit curā
qn̄ sūt gn̄ati, ibi. Si v̇o eos. De p̄ma dicit
ꝙ ille q ē ꝯsuet᷒ ledi a v̇mib᷒ dȝ cauē a cibis gros
sis ⁊ unctuoꝫ. rō qꝛ talia generāt materiā v̇miū
ꝫo dicit ꝙ an̄ cōestiōm dȝ sumē bucellas aliq̄s
cū sinapi ⁊ almuri. rō qꝛ īcidunt ⁊ ꝯsumūt phl'a
qd̄ ē materia gn̄atōis v̇miū. Si v̇o eos. Pōit
curā qn̄ v̇mes sūt gn̄ati ⁊ diuiditur ī duas. Nā
p̄mo pōit curā gn̄atōis v̇miū q gn̄antur ī itesti
nis supiorib᷒ ⁊ mediīs. ꝫo q gn̄antur ī longaōe
ibi. Uermes v̇o. Pria ī duas ꝫȝ ꝙ duo po
nit īmedia. ibi. Medicamē. De p̄ma dicit
ꝙ si ꝯtigat v̇mes gn̄ari nō ꝯuenit aliud nisi qd̄
expellātur ⁊ tūc pōit unū medicamen dicens ꝙ
eger sūat. ʒ. vii: burūgi excorticati cū ē uald̄ fa
melic᷒. Burūgi ē quoddā semē nigrū sil'e pipi
ꝙ asporatur de seni. De ꝫa pōit aliud remediū
℞. burūgi excorticati turbith nil oīm ꝑtes eq̄
les lupinoꝝ nausturcii cābil oīm an̄. ꝑtes eq̄les
sumātur ex eis in potu. ʒ. vii. ꝫo dicit ꝙ p̄us dȝ

bibē lac per tres dies. deinde q̄qȝ die q̄rta de
predicto medicamine cū lacte disoluto bibat.
Rō pȝ. Notan̄ ꝙ cura v̇miū p̄dictoꝝ pficitur
ꝑ simplicia ⁊ per ꝯposita. Siplicia q̄dā sūt cal'a
q̄dā sūt fr̄a. Siplicia cal'a: q̄dā sūt q̄ īterficiunt
tm̄: q̄dā sūt q̄ īterficiunt ⁊ educunt extra. Sipli
cia cal'a q̄ īterficiunt sunt absinthiuȝ folia lauri
nucle᷒ persici ruta mētastrū cost᷒ amar᷒ centau
rea prassiū lupini amari menta radix enule. g̃.
lauri exiccata abrotanū anisū. semē apii nigella
assaꝝ ciminū nasturciū amigdale amare dyap
tamū pulegiū aleū fella aialiū. Siplicia v̇o ca
lida q̄ īterficiūt ⁊ educūt extra sūt aloes succus
yreos succ᷒ cucumeris asinini agaric᷒ pulpa co
loqntidie cartam᷒ succ᷒ enule recentis ⁊ Auic. c
de cura v̇miū dicit ꝙ si sumātur. ℥. iii. extrahit
eos sine nocumēto ⁊ ē mirabile. Siplicia fr̄a in
v̇mib᷒ sūt semē coriandri sumach ypoqstidos:
lutū sigillatū: lotū magra ⁊ ē spēs terre mirabil'
se. portulace ēdiuie amare. lactuce amare se. sa
licis se. cauliū tribuli arnoglossa sicca se. atripli
cis oleū onfātiū ī mlta quātitate: sūptū īterficit
eos propter magnam amaritudinem educit ex
tra ꝓpter uiscositatē ⁊ ē utēdū istis diuersimod̄
Si ē fe. utēdū ē fr̄is ⁊ si nō ē fe. utēdū ē calidis ⁊
sūt materia ꝯpositaꝝ. Cōposita q̄ approximan
tur q̄dā īterficiūt ⁊ educūt extra ⁊ talia approxi
mātur ul' ab extra uel intra. Si ab ītra ul' ī forma
pot᷒ ul' pulueris ul' ꝯfectōis ul' pill'aꝝ ul' suppo
sitorii ul' clisteris. Si ab extra ul' ī forma ungti
ul' empl'i ul' epithiatis ul' sacculi ul' de ꝯsilibus.
de singulis discurrā. Et p̄mo ī forma pot᷒. Si
rup᷒ acetosus simplex cū aq̄ absinthii ul' alicui᷒
decoctōis simplicis cal'i ul' fr̄i vȝ. Ad idē fit aq̄
mirabil' ꝯtra v̇mes. ℞. sumach terre sigil'. ipo
qstidos acacie oīm an̄. ʒ. ii. ⁊ bulliant in qua us
qȝ ad consumptionē medietatis ⁊ de ea suman
tur in potu ⁊ ita de aliis potest fieri decoctio cū
uino. Ad idem. ℞. uini albi. lb. i. ß. absinthii
℥. i. nigelle. ʒ. i. conquassata nigella ⁊ absinthio
tantum bulliant ꝙ uenit ad medietatem deide
coletur dosis sit. ℥. i. ß. pro uice. Ad idem. ℞.
radicis graminis sumach fiat in aqua decoctō
⁊ utatur illa. In forma pulueris. ℞. corian
drorum preparatorum seminis apii preparati.
an̄. ʒ. i. ß. ossis de corde cerui combusti. ʒ. vi. co
rallorum. ʒ. i. ciamomi electi. ʒ. ß. croci. ℈. i. aga
rici. ℈. ß. floruȝ boraginis ⁊ buglosse an̄. ʒ. i. ß. li
gni aloes. ʒ. ß. calami aromatici. ℈. ß. margarita
rū. ʒ. ß. dyptami armoniaci limature eboris se
rici cōbusti an̄. g̃. ii. foliorum auri numero. viii
zuccari. ʒ. vi. ex his fiat puluis subtilissimus.

Ad idē ℞.cornu cerui cōbusti.ʒ.i.sēis peonie semis apii semis coriādri sēis cauliū nigelle sēis plātaginis.añ.ʒ.ſ.sēis endiuie.ʒ.i.dyptāi.℈.i.sandali corraloꝝ margaritaꝝ añ.ğ.vi.zuccari pōdus oium ⁊ fiat plūis subtilissimus. Ad idem ℞ rasure cornu cerui paꝝ torrefacti.ʒ.ii.coriādroꝝ p̄paratoꝝ.ʒ.i.ſ.dyptāi.ʒ.i.℈.ſ.terr̄ sigill'.ʒ.i.fiat pl'uis subtilissim⁹. Ad idē ℞.cornu cerui adusti.ʒ.i.sēis coriādroꝝ.℈.ſ.aloes.℈.ſ terantur subtilissime ⁊ dātur i potu cū syrupo acetoso. Ad idē apiū pl'uerizatū ē ualde bonū. Ad idē rasura cornu cerui datus i potu excludit uermes serapio. In forma cōfectōis. ℞.cornu cerui cōbustus.ʒ.i.sēis peōie sēis coriādri p̄parati sēis apii sēis cauliū nigelle sēis plātagis sēis ēdiuie.añ.ʒ.ſ.dyptāi.℈.ſ.herbe marie.ʒ.i.sandali coraloꝝ rubeoꝝ margaritaꝝ añ ğ.v.zuccari.℥.vi.fiat cōfectio. Ad idē tiriaca. Ad idē yerapigra ⁊ cū h̄ siml' educit extra. Ad idē aloes cū melle datū. Ad idē succi enule ℥.iiii. In forma pill'aꝝ. ℞.pill'aꝝ cōium ſm diuersitates corpoꝝ aliqñ unā aliqñ ii.aliqñ iii.ſʒ diuersitatē ⁊ sic ultra ⁊ sūt mirabiles: q: uermes iterficiūt ⁊ educunt. In forma clisteris Primo fiūt clisteria acuta cū yerapi. ⁊ silibus. In forma suppositoꝝ.fiāt suppositoria ex melle ⁊ aloe ul' ex carne salsa: ut lardone. Ab extra approximata i forma ūguēti. ℞.aloes absīthii olei psicoꝝ olei amigdalaꝝ amaraꝝ olei masticis olei spice.añ.℥.ſ.ʒ.ii.acacie ypoquistidos terre sigill'.lupinoꝝ añ.℈.i.aloes yerepigre añ ʒ.ſ.nigelle gallie musc.abrotani fell' tauri ligni aloes añ.℈.i.cornu cerui cōbusti.ʒ.ii.sēis endiuie.ʒ.i.cū cera fiat ungētū pro stomacho. Ad idē ℞ olei de absinthio olei myrtilloꝝ añ.℥.ſ pulueris aloes enatici coriādroꝝ p̄paratoꝝ terre sigill'.nigelle oium añ.ʒ.v.uini citonioꝝ fell' uaccini cere paꝝ fiat unguētū. Ad idē ℞ ole. absinthii olei psicoꝝ olei mirtilloꝝ roſ sumach corralloꝝ aloes gallie muscate añ. paꝝ cū pauca cera fiat unguētū ⁊ ē mirabile. Ad idē ℞.rute cū farine lupinorū absinthii aloes fellis bouini añ.ʒ.i.bulliāt i aceto ⁊ oleo amigdalarū amararū ⁊ oleo rute oium añ ptes eq̄les cere quātū sufficit fiat unguētū. Ad idē ℞.unguēti agrippa Nicolai ⁊ iungue uentrē ⁊ ē mirabile. De oleis ualz oleū persicorū ol'ū amigdalarū amararū oleū de absinthio. In forma empl'i. ℞ mēte absinthii añ. ℥.ii.cētauree miorū agarici añ.℥.ſ.aloee.ʒ.ii.aceti.℥.ii.aque roſ.℥.i.farine lupinorū ad pōdus oium fiat empl'm ⁊ pōatur supra stōacū. Ad idē ℞ farie lupiorū succi absinthii succi psicarie succi mēte succi foliorū persici ⁊ succi seu uini citonioꝝ añ.℥.ii.pulueris terre sigill' coriādroꝝ p̄paratoꝝ nigelle farine lupinorū masticis mirtilloꝝ aloes epatici.añ.℥.ſ.fell' uaccini.℥.i.corraloꝝ ru.ʒ.i.misceātur cū modico uini rubei odoriferi. Ad idē ℞.mēte absinthii farine ciceꝝ ru.aloes fell' uaccini añ ʒ.iii.bulliāt i aceto ⁊ oleo amigdalarū amaraꝝ infūdātur petie ⁊ ponātur supra stō achū añ: ⁊ retro. In forma sacculi ℞.mēte pl'egii absīthii mētastri ru.abrotāi roſ arnoglosse añ.M.ſ.terrantur grosso mō ponātur i saculo ⁊ apponātur stōacho ⁊ uētri. In forma odoramēti ℞ panē assū ⁊ assatū ⁊ ifundatur i aceto fortissimo ⁊ adoratur. Ad idem nigella odoretur.

Uermes uero. Pōit curā uermiū q sūt i longatione: uel intestino recto ⁊ dicit ꝙ uermes minuti q fiunt i ano cuius signū ē q: generatur pruritus in ano uñ cuz fricatur anus expelluntur tunc coctū ex oleo abluto iuolutū imittatur aut ex oleo de crisomill': aut succo mētastri uel inuoluatur ex parua quātitate aloes ⁊ felle uaccino ⁊ superponatur. Ad ad idē ualet suppositorium de carnibus salsis: q: icitatur expl'siua

Ad idē suppositoriū de melle: ſʒ subito extrahatur Ad idē clisterie cū lacte i quo sit lac cū yerepigra ul' cassia q: dl'cis. Ad idē ℞ abrotāi absinthii añ.M.i.sēis cicute seminis cimini assi seminis apii: añ.℥.i.seminis alexādrini.ʒ.ii.furfuris.p.i.mell' persicorū amarorū añ.q̄r.ſ.salis cōunis.ʒ.ii.yerapi.ʒ.v.succi foliorū porri.℥.i.fiat clistere usqʒ ad q̄rt.v.

De emorroidibus fistulis ⁊ ragadiis q̄ i in ano fiunt

Sillanus

Otandū circa rubricā ꝙ emoroydes quedā sunt manifeste sicut que apparēt in orificio ani ad oculū: quedā sūt occulte iter anū que non possunt uideri nisi digiti ponātur interius. Et istarū ambesūt duplices: ut quādo sanguis emanat ab eis ⁊ a ul'garibus ꝓprie dicuntur emoroydes: q̄dā sunt surde: ut quādo nihil emanat ab eis. Secūdo notādum ꝙ triplex ē gēus emoroydarum: quedā dicuntur uerucales ⁊ sunt extrīsece existētes i ano q̄dā dicūtur morales q: h̄ñt sil'itudinē cū moro ⁊ sūt extrīsece i ano causate a sāguie: Alii addūt aliā speciē dicētes ꝙ alie sunt sicut uesice ⁊ fiūt a'ſt'ate licet raro: Alie dñtur uuicales ⁊ h̄ñt colorē uue bñ mature causate a sāguie ml'ico: ⁊ sic pʒ cā itrīseca ipaꝝ emoroidarū ſʒ cā extrīseca ē sicut acceptio medicie acute pungitiue ⁊ sil'ia. Ter.no.ꝙ signa emoroidaꝝ extrīsecaꝝ sūt mãifesta ad uisū: quia eminentes extra ⁊ ad tactū:

97

Signa eaꝝ q̄ sunt ꝓfunde sūt dolor ⁊ gutas
intra anū ⁊ difficultas egerēdi ⁊ ueriꝰ signū est
inuersare lōgaō ꝫ cū uentosa magna abſqꝫ icisi
one: ⁊ tunc aspcūs intestini inuersati idicabit ue
ritatē imediate supra egritudinē. Signa quā
do sunt ab hūoribꝰ frigidis: qꝛ sentitur dolor
ꝯturbatō ⁊ ḡuitas in uētre.. Si sint ex hūori
bus calidis sētitur pūctura circa anū ac si pate
retur tenasmonē: ⁊ ꝯsueuerūt pꝰ illa accn̄a con
sequi discoloratio faciei ⁊ grauitas coxatu.

Pronosticatio fluxus emorroidaꝝ si ē tp̄us
preſuat a multꝭ egritudinibꝰ mlīcis scis ex hūo
ribus adustis sicut ē silīa mlīa lepra idropisis
morsea malū mortuū q̄rtana passio splenis.

Cū emorroides ꝯsueuerūt fluere ⁊ nō fluunt:
īmo oio cessant sūt cā idropisis ⁊ tisis. Omnes
emorroides sūt difficilꝭ curatōis. prio qꝛ illa ps
est enormis ⁊ rugosa ⁊ n̄ pōt sic īuestigari cā. Ꝯo
qꝛ illa ps ē multū sēsibilꝭ. Tertio qꝛ talꝭ ē semita
multaꝝ sīfluitatū ⁊ q̄si ꝯtinuaꝝ. Quarto qꝛ est
mēbrū frgidū n̄ hn̄s ꝟtutē Ulterius notan̄ d̄
fistulis ani. Primo ꝙ fistula ē ulcꝰ strictū supe
rius latū inferiꝰ sordidū ⁊ ꝯcauū cū callositate i
mēbro. Scd̄o notan̄ de fistulis ani ꝙ q̄dam
sūt penetrātes ⁊ q̄dā nō. Tertio notn̄ ꝙ fistu
la i ano cātur ex materia melīca uenenosa adu
sta decurrēte ad intestinū longatōe q̄ ip̄m cor
rodit ⁊ ulcerat ⁊ parit per tp̄us fistulā i loco. cā
tur ēt ꝓpter ap̄a emorroidas ⁊ silīa. Quarto
notn̄ ꝙ signa fistule penetrātis sūt qꝛ feces exe
unt per fistulā ⁊ uētositates māifeste ⁊ māifesta
tut cirurgico cū īmiserit tētā in fistulā ⁊ tractaue
rit eā īuenit tentā ꝓfundari usqꝫ ad longaonez
⁊ si digitꝰ ponatur i ano n̄ poterit bn̄ ꝯstrigi un
diqꝫ. Qn̄ fistula penetrauerit itestinū oio icura
bilis ē: ⁊ si ē curabilꝭ timēdū ē ualde de larcato
Ulteriꝰ ē notan̄ ꝑncipalꝛ de ragadiis ani ꝙ ra
gadie ani sūt fissure i ano sine tūore. Scd̄o no
ē notan̄ d̄ causis. Cā ragadiaꝝ pōt eē q̄ntuplex
Prima dissinteria. Ꝯa cā pōt eē feces dure que
trāseūtes per anū inducūt magnū dolorē ⁊ scis
surā ⁊ solꝭonē ꝯtinui. Tertia cā pōt eē calītas et
siccitas orisicii ani scindētis anū. Quarta cau
sa pōt eē ap̄a ani ⁊ emorroides qn̄ rumpūtur
Quinta pōt esse aliquid exterius scindēs ⁊ rum
pens. Tertio notandū de signis ragadiaruz
ani. Signa sunt dolor ⁊ ardor cū scissuris appa
rentibus ⁊ ꝙ ex eis emanat uirus nigrū: aut ru
beum: aut fetens ualde ⁊ uiride. Pronostica
tio. Ragadie sūt difficilis consolidatōis ⁊ cura
tionis ꝓpter causas superiꝰ allegatas de emor
roidibus. Al.

Um sanguis recēs sine dolore p i
feriorē fluit regionē iterpollato tn̄
tp̄re n̄ ē cōstrigendus nisi patiens
debilitetꝛ a multis. n. passionibus exinde li
beratꝛ. Si aūt ex eo debilitetꝛ ⁊ indiget cō
strictōe trocisci d̄ Karabe cū succo sumach
denꝛ. In comestōe quoqꝫ sumat sumachi
am ⁊ cibū q cū succo uue acerbe fit ex his
silīa de illis q̄ nutriētia sūt. Si ꝟo multuz
debilitetꝛ nutriatꝛ cū succo carnis cui pluri
mū admiscetꝛ succus citoniorū ⁊ uinum.
Uinū quoqꝫ bibat stipticum. Et sup epar
ponatur emplm̄ de spica qd̄ in. c. de epa
te noiauimꝰ. Et si ista nō suffecerint. Cō
fectio de scoria ferri detꝛ. Qd̄. ℞. miroba
lanoꝝ indoꝝ beliricoꝝ ⁊ embilicoꝝ oium
an̄. ʒ. v. spice sgnanti cipi. ʒʒ. pipis olibani
ameos oim an̄. ʒ. ii. scorie infuse in aceto p
ebdomodā unā ⁊ postea torrefacte. ʒ. xv.
cōficiantur oīa cū melle dispumato quod
fuerit coctū cū apozimate embilicoꝝ sicut
in. c. de melīa noiauimus de quo quotidie
ad nucis magnitudinē sumatꝛ. hoc namqꝫ
emorraidaꝝ ⁊ menstruoꝝ sanguinē cōstri
git fluxui quoqꝫ vētris longi tp̄ris remedi
um affert. Si aūt in ano oritꝛ alqd promi
nēse xtra ex quo magnus prouenit dolor
nec ab eo fluit aliqd succꝰ cepe cū pauca la
na: aut fel uaccinū supponatꝛ. Supposito
riū quoqꝫ longū de ciclamine subiciatꝛ ꝙ
patiēs p totā teneat noctē: ⁊ si cōtigat egre
di remittatꝛ donec infrigidetꝛ: ⁊ egrediatur
sanguis. Cū aūt dolor uehemētissimꝰ fue
rit ⁊ ap̄a magnū i ano phlebotometꝛ eger
Et ēplꝫ h̄ suppōatꝛ: sedat. n. emorro. dolo
rē cū adest ap̄a cū eis. Qd̄. ℞. mellilotuz
camomillā q̄ tā diu in aq̄ coquantꝛ donec
dissoluantꝛ deinde sumatꝛ ex aq̄ decoctio
nis eaꝝ quātū una manu capi pōt uitellus
oui assati unus croci. ʒ. i. opii. ʒ. ii. seis lini
triti fenugreci maluauisci oim an̄. ℳ. i.
cōficiantur oīa ex rob i quo bdeli. ʒ. iii. fue
rint dissolute ⁊ folia supposita: postq̄ꝫ sup
ficiens ex oleo sisamino in quo adeps gal
linaceꝰ fuerit dissolutus: aut anatis inūcta
fuerit i ore emplī supponatur duz adhuc
sit tepida. Alia confectio dolorē ⁊ ap̄a se
dans. Cepe albū optime coctū teratꝛ ⁊ cū
butiro uaccino misceatur ut mollefiat ⁊
tepefactum ano in quo est apostema su
perponantur: hec enim dolorem sedat ue
hementem. Sillanus.

Determinat de emorroidib⁹ fistul' ꝛ ragadiis ani: ꝛ diuiditur in tres. Prio determinat de emorroidib⁹. Secūdo de ragadiis. Tertio de fistulis. Secūda ibi. Cū uero in ano. Tertia ibi. Fistule uero. Prima in tres. Primo ponit curā qñ emorroides sūt fluētes docendo restringere. Scdo ponit curā qñ sūt surde nō fluētes docendo apire. Tertio docet sedare dolorē ſcda ibi. Si aūt i ano. Tertia ibi. Cū aūt dolor. Prima in duas: Prio ponit curā qñ emorroides fluūt ꝛ nō sunt restringēde. Secūdo ponit curā qñ idigēt restrictōe. Scđa ibi. Si aūt De pⁱma dicit ꝙ cū sanguis recēs fluit per anū cū interpollatōe talis nō est restringēdus nisi patiēs debilitetur ꝛ uerificat se: qꝛ patiēs liberatur ꝛ ꝓseruatur a mltis egritudib⁹ mlicis de qb⁹ dcm̄ ē. Rō pꝫ. Si aūt. Ponit curā qñ indiget restrictōe: ꝛ diuiditur i quattuor. Primo ponit curā p trociscos. Secūdo p dietā Tertio per ēpl'm. Quarto per ꝯfectōeꝫ. Scđa ibi. In comestiōe. Tertia ibi. Et super epar Quarta ibi. Et si ista. De pⁱma dicit ꝙ si ex fluxu emorroidaꝝ patiēs debilitetur debēt dari trocisci de karabe cū decoctōe sumach. Rō qꝛ sunt fri ꝛ stiptici ꝛ ꝛ ꝯsolidāt a ꝓpⁱetate restrigētes sanguinē. Ad ideꝫ pill'e de bdelio. Ad idē pill'e de sandaraca. In comestione. Pōit curā p dietā. Et prio dicit ꝙ i comestiōe dꝫ sumere sumachiā ꝛ cibum q fit ex succo uue acerbe ꝛ ꝯsil'ia. Rō qꝛ tales cibi sunt stiptici et igrossant sanguinē ꝛ claudūt uias ꝛ ꝯstringūt. Scđo dicit ꝙ si patiēs mltuꝫ debilitetur dꝫ uti succo carnis cui adiūgitur succ⁹ citonioꝝ ꝛ uinū Rō qꝛ magis subleuat uirtutē ꝛ ꝯstringit. Tertio dicit ꝙ dꝫ bibere uinū stipticū. Rō pꝫ. Et super epar. Ponit curā p empl'ꝫ dicēs ꝙ super epar ē ponēduꝫ empl'm de spica de quo ē dcm̄ cap. de epate. Rō qꝛ stipticū ē ꝯfortat epar ꝛ ꝓhibet fluxū ab epate. Notādū ꝙ super anū dꝫ poni hoc empl'm. ℞ aloes succotrini sanguinis draconis piloꝝ leporis subtiliter puluerizatoꝝ añ. ʒ. ii. tele aranee. ʒ. ii. albuminis oui bñ agitati. q. sufficit ad incorporādū ꝛ extendatur s' pāno ꝛ applicetur ano. Ad idē. ℞. succi plātag. ℥. ii. aq rос. ℥. ſ. pulueris sumach. q. sufficit ad icorporāduꝫ misce oia ꝛ fiat empl'm mediocriter liqdū Ad idē ꝓ paupib⁹ ungatur ex oleo roſ. ul' mirtio ul' puluis sūach sumatur cū oleo ꝛ applicetur ano. Ad idē sedeat i aq̄ d' coctōis gallaꝝ balaustiaꝝ sūach myrtilloruꝫ ꝛ sil'iuꝫ. Uel fiat decoctio i uino stiptico: ul' fiat fomētatio ex tasso barbasso decocto i uio. Et si ista. Pōit curā p ꝯfectōm dicēs ꝙ si ista nō suffecerit dꝫ dari ꝯfectio de scoria ferri. Scđo pōit descriptōꝫ. ℞. mirobal'. indo. belliricorū ēblicoꝝ añ. ʒ. v. spice sqnanti cipi. ʒʒ. ameos piperis olibāi oim añ. ʒ. ii. scorie ferri ifuse i aceto p ebdomodā unā ꝛ torrefacte postea. ʒ. xv. cōficiātur. misce cū melle d'spūato qđ sit coctū apozimate ēblicoꝝ sicut dictū ē. i. c. de mlia Tertio ponit iuuamētū dicēs ꝙ hoc el'cariū restrigit sāguinē emorroidaꝝ ꝛ menstruoꝝ. Sil'r restrigit fluxū uētris antiquū. Rō pꝫ. Si aūt i ano. Ponit curā qñ emorroides sūt surde docendo apire eas ꝛ diuiditur i duas ſm ꝙ duo ponit remedia. Scđa ibi. S suppositoriū. De prima dicit ꝙ si i ano emorroides fuerit apparentes. s' extra ꝓminentes ꝛ nō fluit aliqd tūc succ⁹ cepe cū pauca lana dꝫ supponi: aut fel taurinuꝫ. rō qꝛ talia apperiūt emorroidas l' uenas emorroidales ubi ē materia retēta. Suppositoriū. Pōit aliud remediū dicēs ꝙ dꝫ suppōi suppositoriū longū de cyclamine qđ patiēs dꝫ tenere tota nocte. Scdo dicit ꝙ si ꝯtigit egredi dꝫ remitti donec scindat ꝛ egrediatur sanguis. Ad idē. ℞ succi cucumeris asinini stafisagrie añ. cōficiantur cū melle fiant suppositoria. Ad idē. ℞. pulpe cloqntide. ʒ. iii. amigdalaꝝ amararū. ʒ. iiii. fiant licinia longa. Ad idē. ℞. olei ꝑsiccoꝝ amaroꝝ q̈rt. ſ. medulle crisomilloꝝ dorsorum alleoꝝ añ. ʒ. i. fiat ungtm̄ cū cera. q. sufficit ꝛ s' ponatur cuꝫ tenta. Ad idē suppositio fcā ex radice ireos apit orificia emorroidaꝝ Mesue Ad idē pānis porcin⁹. Ad idē inunctio cum oleo ꝑsiccoꝝ uel de crismoillis: uel de amigdal' amaris. Notandū ꝙ emorroides pñt aperiri cū foliis ficus ꝛ fricetur locus ex eis a parte aspera donec lac egrediatur. Uel cum succo cyclaminis ul' cepe. Sil'r vꝫ si fricetur loc⁹ cū lana ul' pāno ifuso i medicamine qđ ē. ℞. aloes succotrini sbtiliter puluerizati. ʒ. iii. folioꝝ leuistici ℥. i. misceātur. Sil'r pñt aperiri cū sl'omo ꝛ ut nō claudātur ungatur loc⁹ cū ungtō i mediate dicto. Similiter possunt aperiri cum sanguisugis appositis ad emorroidas cū una canna concaua ne uadant ad alium locū ꝛc̄. Cū āt dolor. Docet sedare dolorē emorroidaꝝ: ꝛ diuiditur i duas. Primo docet per phlebotomiā. Secundo per emplastrum. De prima dicit quod quando apostema fuerit uehemens ꝛ magnuꝫ in ano debet eger phlebotomari. Ratio quia diuertit ne materia fluat ad locum. Et emplastrum. Ponit seu docet sedare per emplastrum: ꝛ diuiditur in duas secundum qđ duo

98

ponit: Secunda ibi. Ad dolorem. De prima
dicit ꝙ ad sedandum dolorē emorroidaꝝ ðbʒ
superponi emplr̄m ꝙ ē. ℞. mellilotū ⁊ cāomillā
diu coctā in aqua donec dissoluatur: deinde su
matur ex aq̄ decoctiōis eaꝝ q̄ʒtū una manu te
neri potest uitellus oui assati croci. ʒ. i. opii. ʒ.
ii. seminis lini triti seminis fenugreci maluaui
schi añ. ℳ. i. conficiantur omnia ex rob i quo
sit bdelii ʒ. iii. dissolute ⁊ folia superposita post
quā eoꝝ superficies ex oleo simsamino in quo
adeps anatis mixta fuerit more emplr̄i super
ponantur dum sint tepida ratio quia resoluūt
ꝓpter camomillam stupefaciūt ꝓpter opium.
mollificant ⁊ maturant ꝓpter axungiā anatis
cum bdelio. Ad idē ℞ mucillaginis seminis li
ni añ. ʒ. ii. butiri sine sale sepi renū capraꝝ añ.
℥. ʃ. uitellus unius oui rob. xii. cere modicū fiat
unguentū. Ad idē ℞. florū malue camomille
añ. ℥. ii. seminis fenugreci seminis lini añ. q̄rt.
ʃ. conquassa simul ⁊ buliant omnia in aqua in
qua patiens teneat anchas: aut spōgia fortiter
compressa infusa i ꝑdicta aqua applicetur ano
uel ex ꝑdictis fiant sacculi longi ⁊ stricti buliāt
⁊ non superponātur. Alia cōfectio. Pōit ali
ud sedans dolorem dicens ꝙ cepe albū optie
coctū teratur ⁊ cū butiro uaccino misceatur: ⁊
molefiat ⁊ tepefactū ano suppōatur q2 resoluit
uehemēter dolorē Ad idē porrū elixatū ꝯfectū
cū butiro. Ad idē ℞ liacias cū testa ⁊ cōbure
i fornace ⁊ pl'uerizata ⁊ aspgatur q2 stati dolor
sedatur. Ad idē vʒ suffumigatio fcā cū bdelio
⁊ adipe xirbi cāelini. ad idē ūctio facta cū oleo
semis lini ð psicis ul' crisomil' ualet. Notādū
ꝙ iter oīa folia cauliū sedāt dolorē Ad idē in
ctio cū adipe anatis ē maximi iuuamēti. Al.
Cū vero i ano ragadias habuerit pati
ens q̄ cū ledunt cū ipsius vēter sicc⁹ ē pillis
de bdelio vtaꝛ: q̄. ℞. mirobal'. ni. Rebul'.
amboꝝ añ. ʒ. x. serapini. ʒ. iii. nasturcii al.
ʒ. ii. bdeli al. moll' ⁊ piguis. ʒ. xv. dissoluaꝛ
bdeliū i succo porroꝝ ⁊ ex eo cōficiāꝛ alia
⁊ iformēꝛ ex eis pill'e ⁊ sumaꝛ ex eis freq̄n
ter ab. ʒ. i. vsq3 ad. ʒ. iiii. Locus v̊o si adu
stionē patiaꝛ ex ungtō de cerusa iungatur
si aūt n̄ sētiꝛ i eo adustio vngaꝛ ex ungtō
q fit ex adipe q i gibo cameli iueniꝛ ⁊ bde
lio ꝙ sic fit. ℞: cere citrie olei sisamini adi
pe anatis medulle cruris vaccini adipis q
li i gibo cameli bdelii oīm ptes eq̄les bde
liū pri⁹ mucillagie se. lini dissoluaꝛ: deide
oīa misceanꝛ: hoc eni optimū existit. Si
aūt eger ragadias i ano habuerit ꝓfūdas
a qb⁹ fetēs virus fluxerit medicamē acutū
qð i. c. de vulnerib⁹ descripsim⁹ ei suppōa
tur qð eger ꝑ duos dies patiaꝛ. Et si i eis
aliqd remaneat qð resudet medicamē ite
rū apponaꝛ qð eo vsq3 fiat donec locus
siccef ⁊ n̄ resudet: qð si ea q̄ ibi fiūt eminē
tia extra ⁊ pēdētia fuerint i tm̄ ut arescāt
⁊ nigrescāt butirū tepidū multotiēs sup
fundaꝛ donec nigredo ab eo remoueatur
Si aūt resudatio reuersa fuerit acutuʒ me
dicamē iteꝝ ibi appōaꝛ: ⁊ si n̄ resuaderit
es vngtō de cerusa cureꝛ. Est ēt qn̄ eminē
tes emorroides extra curanꝛ cū ferro cau
terizando: loq tn̄ de hoc plus ē quā hui⁹
nr̄i libri modus regrat: Fistule v̊o generā
tur i ano velociter: qm̄ figura ei⁹ facit eē il
lud necessariū. Que aūt utriq3 penetran
tes: aut n̄ penetrātes. Cū aūt ꝑforate sunt
vtrinq3 stercus egrediꝛ ex eis ⁊ vētositas
Si aūt n̄ egrediꝛ stercus neq3 vētositas n̄
ē penetrās ab vtraq3 pte. Loq v̊o de eius
cura ꝑfecte plus ē q̄3 hic noster liber expec
tat. Sed q2 oēs fere hoīes semp maximuʒ
icurrunt errorē in cura ei⁹: vn̄ ⁊ maximū
icurrunt nocumentū nos excitabim⁹ eos
ad hoc ꝙ huic egritudini congruū erit: ⁊
on̄demus q̄liter a ꝑdicto errore se custodi
ant ⁊ dicemus ꝙ si fistula utrinq3 ꝑfora
ta cū ab ano ꝛmota fuerit nullo mō ferro
tangenda ē ⁊ incisiōe eni ferri constringit
stercus inuoluntarie egredi. Est ēt aliud q̄
re fistula ab vtraq3 ꝑforata ferro tāgi nō
dʒ: q2 toto tp̄re vite egri sic ꝑmāere poterit
nō magnū faciens nocumentū neq3 ꝓue
niet ex ea aliū nisi resudatio ⁊ fluxus. Si
qð ab ea fluxerit acutuʒ fuerit ⁊ mordica
tū ⁊ fetidū habuerit odorē cui⁹ ēt quātitas
quotidie augeaꝛ erit fistl'a putrida ⁊ cū ℔
herpetestiomeno cui ex medicamine acu
to ⁊ ex eo qð cōplet oīa succurrenduʒ est
anteq̄3 dilateꝛ ⁊ magnificeꝛ. Cū aūt non
resudauerit nisi parū neq3 eius quantitas
quotidie augeaꝛ neq3 magnificetur neq3
odor ibi augumētatus fuerit nō ē in ea ali
quid qð sit timendū nisi resudatio ⁊ flu
xus que medicari pōt donec sicceꝛ ⁊ detu
mescat ⁊ non resudet per longū tempus
Si aūt resudatio redierit medicamen pre
dictū adhibeatur: Et hoc modo poterit
blādiri per totū tempus uite egri ⁊ n̄ noce
bit: Modus adhibendi huic egritudini
medicamen ex colliro quod i. c: de fistula

oculi noĩauimus. fumaꝫ ⁊ optĩe teraꝫ ⁊ fistula prematur dõec qcquid in ea cõtineꝫ egrediatur ⁊ si radi⁹ eã igredi poterit iuoluaꝫ coto: deinde ex p̄dicto medicamĩe p⁹ q̄ꝫ mollificatũ fuerit intictus in fistulam imittaꝫ. si v̾o in ea minime radi⁹ igredi poterit dissoluaꝫ medicamen in aqua ⁊ subleueꝫ coxa egri supposito pl'uinari ⁊ eo supino iacente predictũ medicamen distillãdo sup fistulã fundaꝫ ⁊ fiat hoc in mane ⁊ circa noctẽ ⁊ tres dies ⁊ sedeat in aqua de curcuma ⁊ laueꝫ ex ea. Sillanus.

Ponit curã ragadiarũ que fiunt in ano ⁊ diuiditur i duas. p̄io facit hoc. secũdo reuertitur ad ponẽdũ curã emorroidaꝝ maxie qñ fueit putredo. secũda ibi. Qd̃ si in ea. Prima in duas p̄io ponit curã ragadiarũ qñ nõ sunt ꝓfunde nec saniose. Secũdo qñ sunt tales. secũda ibi. Si aũt. Prima i duas. p̄io põit curã per euacuationẽ qñ uẽter ẽ stipticus. secũdo per localia secũda ibi. Locus v̾o. De prima dicit ꝙ qñ patiens hũerit ragadias in ano ledentes eũ cũ uẽter ẽ stipticus dꝫ uti pill'is de bdelio q̄ sũt. ℞ mirobal'. nigroꝝ kebuloꝝ emblicoꝝ. añ. ʒ. x. serapini. ʒ. iii. nasturcii al. ʒ. ii. bdelii moll' ⁊ albi. ʒ. xv. dissoluatur bdeliũ in succo porrorũ ⁊ ex eo cõficiãtur alia iformẽtur pill'e ⁊ ex eis sumatur frequẽter ab. ʒ. i. usqꝫ ad. iiii. rõ q2 iste pill'e propter mirobalanos euacuant ⁊ cõsolidãt ꝓpter bdeliũ. Notãdũ ꝙ meli⁹ eẽt si darẽtur medicine laxatie uel fierent clisteria q2 mirobalãi cõstringunt post laxationẽ. deide cõsolidetur loc⁹ cũ unguẽto ꝯsolidatiuo ⁊ cerusa dicta superius sepe: ⁊ sic facit gerardus. Locus v̾o. Põit curã qñ i loco fit adustio. secũdo qñ i loco non est adustio. secũda ibi. Si aũt nõ. De p̄ia dicit ꝙ si in loco fuerit adustio dꝫ fieri inunctio cum unguento de cerusa. rõ q2 ẽ ifrigidatiuũ ⁊ cuꝫ h̾ ꝯsolidatiuũ. Si aũt nõ. Ponit curã qñ i loco non est adustio dicens ꝙ debet inungi cũ unguento qd̃ fit ex adipe que in gibbo cameli inuenitur ⁊ bdelio ⁊ sic fit. ℞. cera citrine olei sisamini adipis anatis medulle cruris uacci adipis q̄ ẽ in gibbo cameli bdelii oĩum añ partes eq̃les. bdeliũ p̄i⁹ in mucilagine seis lini dissoluatur deide misceantur q2 hoc optimũ existit.

Notandũ ꝙ loco adipis q̄ in gibbo cameli reperitur ualet cepe capraruꝫ uel assungia galline ⁊ iungãtur scissure. eodẽ mõ ualet i scissuris manuũ. Ad idẽ ℞. dragagãti gallaꝝ añ. pl'uerizẽtur cũ sepo caprino ul' bouino ⁊ pauco olei roſ. misce ⁊ fiat unguentũ. Ad idẽ suffumigatio facta cũ bdelio ꝯfecto cũ adipe. Ad idem terbentine. ℥. ii. adipis anatis olei uiolati añ. ℥. ii. mucilaginis dragagãti. ℥. i. cere citrie. ℥. i. dragagãti pulueriꝫati. ℥. ii. fiat unguẽtũ ⁊c. Si aũt eger. Ponit curã ragadiaꝝ qñ sũt ꝓfunde ⁊ saniose dicens ꝙ si eger hũerit in ano ragadias ꝓfundas a qb⁹ egr̄ditur uir⁹ fetẽs dꝫ superpõi medicamẽ acutũ quod scripsit in. c. d̾ ulcerib⁹ oculoꝝ ⁊ d̾ polipo. rõ q2 corodit: iõ ꝯsumit mãꝫ saniosaꝫ ul' furiosaꝫ. Scd̃o dicit ꝙ si i eis aliqd remanet qd̃ r̄sudat: iterũ dꝫ põi medicamẽ. ⁊ h̾ fac donec loc⁹ exiccetur ⁊ nõ resudet. Ad idẽ ualet cerotũ uiride positũ in eodẽ. c. deide loc⁹ ꝯsolidetur cũ unguẽto d̾ cerusa. Qd̃ si ea.

Ponit iterato curã emorroidaꝝ spãiter: ⁊ diuiditur in duas. P̄rio ponit curã per medicinã Secũdo per cyrurgiã. secũda ibi. Est etiã. De prima dicit ꝙ si emorroides fuerint: extra ꝓminentes ⁊ pẽdentes ⁊ fetentes in tantũ ꝙ arescũt ⁊ nigrescant dꝫ sepe supponi butirũ tepidũ donec nigredo remoueatur. Secũdo dicit ꝙ si resudat uirus fetens medicamẽ acutũ ibi põatur Tertio dicit ꝙ si nõ resudat uirus fetẽs curetur cũ unguẽto de cerusa. rõ q2 ꝯsolidat. Est etiã.

Põit curã per cyrurgiã dicẽs ꝙ curatur aliqñ cauteriꝫando cũ ferro. secũdo dicit ꝙ h̾ non pertinet ad istũ locũ: sꝫ ad septimũ almãsoris.

Notandũ ꝙ emorroides pñt remoueri per incisionẽ earũ ita ꝙ totaliter incidãtur qñ sunt antique cũ ferro. s. cũ forficib⁹. Secũdo pñt icidi sine dolore cũ filo de serico uel cũ pilis equi ⁊ ifundãtur in aq̄ in q̄ cãphora fuit dissoluta: vñ nõ sentitur dolor stupefaciẽdo mẽbꝝ ⁊ p⁹ incisionẽ ponatur empl'm factũ ex uitell' ouoꝝ ⁊ oleo roſ. ad sedandũ dolorẽ postea ꝯsolidetur ungẽdo locũ cũ unguẽto ꝯsolidatio qd̃ fit cũ cerusa lota aloe mastice thure sãgũis dracõis oleo ro. ⁊ cera: Fistule. Ponit curã fistulaꝝ q̄ fiũt in ano: ⁊ diuiditur in tres. P̄rio p̄mittit quõ se habẽt fistule ani quãtũ ad generationẽ. Secũdo põit diuẽsitatẽ fistulaꝝ. Tertia ꝓseqtur ponẽdo curã. scd̃a ibi. Que aũt utriqꝫ. Tertĩ ibi. Loqui v̾o. De p̄ia dicit ꝙ fistule i ano cito generãtur ⁊ discernitur ex figura ei⁹. Que autẽ vtriqꝫ. Ponit diuersitatẽ eaꝝ dicẽs ꝙ tales aut sũt penetrãtes aut nõ. Scd̃o dicit ꝙ penetrãtes distiguũtur ex eo ꝙ egreditur de loco fistule sterc⁹ ⁊ uẽtositas. sꝫ si nõ sũt penetrãtes tũc nõ egredietur ab eo nec stercus nec uẽtositas. Loqui v̾o. Proseqtur ponẽdo curã fistularũ ani: ⁊ diuiditur in duas. P̄rio põit inteñtõnẽ suam. scd̃o ꝓseqtur eã. scd̃a ibi. Et dicem⁹. De

prima dicit ꝙ loquendo de cura fistule ꝑfcē trā
sit metas hui⁹ libri. De secūda dicit ꝙ fere oēs
homines maximū incurrunt errorē in cura hu
ius passionis. unde maximū sequitur nocumē
tū. Et hic ipse intendit excitare nos illud explicā
do qđ ē cōgruū in cura huius ꝓpter quod pos
simus cauere a dicto errore. Et dicemus.
Prosegtur ⁊ diuiditur in duas. Prio ꝑmit
tit documentū obseruandū iu cura fistule pene
trantis. secūdo ponit curā illius per medicinas
ibi. Si aūt illud. De pria dicit ꝙ fistula pe
netrans ab utraqꝫ parte si fuerit distās ab ano
nō ē tangēda aliquo mō ferro ⁊ rōnez assignat
q̄ꝛ ex incisione facta cū ferro cōtingit sterc⁹ egre
di iuoluntarie. Rō quia lacertus cōstringēs et
dilatans ē incisus. secūda causa q̄ꝛ talis fistula
toto tempore uite .s. egri sic permanere pōt non
inducēs magnū nocumentū nec ꝓuēit ex eo ali
ud nisi resudatio ⁊ fluxus. Si aūt. Pōit cu
ram fistule saniose: ⁊ diuiditur in duas. q̄ꝛ prio
ponit curā in generali. secūdo in spāli. secunda
ibi. Modus Prima in duas. primo pōit in
generali qñ fistula ē saniosa ⁊ profunda. secūdo
qñ ē pauca. secūda ibi. Cū aūt nō. De pria
dicit ꝙ si illud qđ egreditur a fistula fuerit mor
dicatiuū ⁊ acutū ⁊ fetidū ⁊ quātitas cōtinue au
geatur talis fistula erit saniosa ⁊ cum herpestio
meno. Secūdo dicit ꝙ in cura talis succurrē
dū est cū medicamine acuto ⁊ cū eo quod perfi
cit itentiones oēs anteq̄ꝫ dilatetur. De secū
da dicit ꝙ si fistula non resudat nisi parū ⁊ q̄ꝫti
tas nō augetur quotidie nec malus ē dolor: tūc
debet medicari cū medicamine exiccatiuo dōec
exiccetur ⁊ detumescat ⁊ non resudet aliqđ lōgo
tēpore. Tertō dicit ꝙ si resudatio reuertatur
debet exhiberi medieamen acutū ⁊ sic blandiri
toto tempore egri. Modus. Ponit curaz i
spāli: ⁊ diuiditur i duas. Primo explicat medi
camē ponendo modū approximatōis. secundo
ostendit quid fiendū qñ nō pōt approxiari mō
predicto. secūda ibi. Si v̄o. De pria dicit ꝙ
debet exhiberi medicamen factū ex collirio: de
qno dictū est in cura fistule oculi. ⁊ hoc dꝫ fieri
donec egrediatur quod in fistula ꝯtinetur. secū
do dicit ꝙ si tenta pōt ingredi inuoluatur radi⁹
coto ex predicto medicamine iniūcto ⁊ mittatur
in fistulaz. De secunda dicit ꝙ si radius non
pōt ingredi in eam dissoluatur medicamē in aq̄
⁊ debet sbleuari coxa egri supposito puluinari:
⁊ infirmo supino iacente ꝑdictū medicamē dꝫ i
fundi sup fistulā distillādo ⁊ dꝫ fieri de mane ⁊
circa noctē per tres dies. Dicit etiā ꝙ debet se

dere in aqua de curcuma ⁊ lauari ex ea. No
tandū ꝙ cura fistule penetrantis ē ut totū corp⁹
mūdificetur cū pillis fetidis: aut ex decoctione
mirobal. indoꝝ kebuloꝝ sene epithimi fumiter
re dulcorata cum zuccaro rob. ueteri. deinde to
ta fistula mundificetur usqꝫ ad longaonē cū vn
guēto uiridi facto ex melle rob. ⁊ aluie zuccotri
no ⁊ flore eris mixtis ⁊ tritis equaliter: aut ex
puluere affodilloꝝ ⁊ dilatetur os fistule cū tēta
de spōgia: aut cum medulla cāne mellite aut cū
teneritate aristologie rotūde ⁊ cū fcm̄ fuēit cau
tēizetur loc⁹ usqꝫ ad ꝓfūdū. deiñ rēoueatur cru
sta cum butiro. deinde incarnetur illud cuz pul
uere thuris minuti rotūdi ⁊ in fine cōsolidetur
cū puluere nucis cipressi ⁊c. Cura fistule nō
penetrantis ē ut mūdificetur locus cū unguēto
uiridi dicto uel cū pulueꝛ affodilloꝝ ⁊ dilatetur
os ut dictū ē ⁊ posset cauterizari: quia cauteriū
omnē remouet malā cōplexionē mēbri ⁊ dissol
uit materias corruptas ꝯtentas in mēbro ⁊ stri
git fluxū sanguis. Medicamen ualde bonū
ad fistulā ani. ℞. aceti uini fortissimi clari olei
uetustioris qđ posset inueniri añ. ℔. i. litargiri
puluerizati ⁊ cribellati. ℔. s. coquātur ista dōec
nigrū ⁊ lucens fiat deinde ex eo fiant tēte ꝭ eniz
ualde exiccat absqꝫ mordificatōe ⁊ ꝯsolidat pla
gas recētes ⁊ vulnera ⁊ ulcera ātiqua cōsolidat
⁊ mūdificat. Ad idē. ℞. aloes sarcocolle thu
ris sanguinis draconis aluis zuccarini añ. ℥. i.
florū eris. ʒ. ii. fiant ex eis sief cū succo fumiter
re ⁊ reponātur tā diu ꝙ indurescāt ⁊ cū necesse
fuēit pōatur unū in fistula ⁊ pōatur oi die usqꝫ
ad. vii. dies mundificat eni ꝺ proprietate fistulā
⁊ finaliter consolidat.

De egressione ani ⁊ mr̄icis. Sil.

Otandū circa rubricā de exitu ani
ꝙ cā exitus ani ē duplex. Una ē re
laxatio lacerti seu musculi retinētes
feces: hoc ab hūore relaxāte lacer
tuz. Alia cā ē apa intestini faciens ipsuz descēdē
Secundo notandū ꝙ signa exitus ani ꝓpter
relaxationē sūt: q̄ꝛ per imissionē cū digito pōt i
ingredi anus sine dolore. Signa exit⁹ ani ꝑꝑ
apa sunt ꝙ itestinū nō ingreditur nisi ipellatur
cū digitis: dolor loci cū eminētia māifesta ⁊ cū
duritie. Tertio notandū circa rubricā ꝺ exitu
mr̄icis ꝙ exitus mr̄icis ē duplex. s. cā extrinseca
⁊ intrinseca. Extrīseca ē sicut casus ⁊ percussio
superflu⁹ coitus sessio super lapidē frigiduz uel
statio in aqua frigida uel unctio cū unguētis fri
gidis. Cā intrinseca ē ul' apa mr̄icis ⁊ sic exit ex
tra uel relaxatio uel mollificatio siue palisis: et

hoc uel ab hũoꝛe ĩbibito in ꝯcauitate mr̃icis uľ
ꝓpter fluxũ hũiditatis aquose ab aliis mẽbꝛis
ad matricẽ. Quarto notandũ ꝙ signa exitꝰ ma
tricis ad extra ꝓpter relaxationẽ sũt multitudo
hũiditatis fluentis a uulua mollities mẽbꝛoꝝ
⁊ laxitas. Signa exitus ꝓpter apã sũt doloꝛ
intrinsecus ⁊ aliqñ febris: febris ⁊ aliquum duri
ties. Pronosticatio exitus matricis extra nũ
q̃z uel difficulter curatur. Alman.

Um anus extra egreditur carens
apate ⁊ ita disponitur ꝙ si impel
latur igredit̃ ceruse balaustie gal
larũ aluis antimonii oĩum partes suman
tur equales ⁊ in pľuere redigant̃: ⁊ super
ex oľo roſ. calefacto inunctũ pľuerizentur
⁊ anus intromittat̃ ⁊ constringat̃ qḋ tñ
fieri conuenit postq̃z eger a sella reuersus
fuerit ne eũ cito ad sellam surgere sit neces
se. Sumãtur ẽt galle balaustie cupule glan
diũ folia mirti ⁊ coquant̃ in aqua donec
rubea fiat ⁊ sedeat i ea ⁊ lauet̃ ex ea. Qḋ
si anus qui apostemosus est ingredi mini
me põt eger aquã calidã frequenter ingre
diat̃ ⁊ in ea sedeat ⁊ ungat anũ ex cera ⁊
oleo camomillino: aut anetino donec igre
diat̃. Cũq̃z intromissus fuerit ex his q̃ no
minauimus curet̃. Uulua preterea si egres
sa fuerit similiter erit medicanda Est tñ
necesse ut foꝛtiter ligetur ⁊ ut egra semper
supina iaceat ⁊ coxa superius eleuet̃. Sil.

Determiat de exitu ani ⁊ mr̃icis: ⁊ diuiditur
in duas. Pꝛimo ponit curã exitus ani. Secũdo
matricis. secũda ibi. Uulua ꝑterea. Pꝛia i du
as ẜm ꝙ duo põit remedia. secũda ibi. Sumã
tur. De pꝛia dicit ꝙ cũ anus extra egreditur
⁊ sine apate cuius signũ ẽ. quia si digitꝰ impellit
ingreditur tũc debet anus supspargi pulũe tali
℞. ceruse balaustiaꝝ gallarũ antimonii alũis
oĩum añ. partes equales pulueriʒẽtur ⁊ super
anũ pꝛius oleo roſ. salis iniũctũ ponãtur. dei
de anus intus mittatur ⁊ stringatur. rõ qꝛ talis
puluis ẽ stipticus sed oleo inungitur ut meliꝰ re
tieatur puluis sup anũ. Ad idẽ. ℞. sumach
℥. ſ. gallarũ anthere nucisciprešsi myrrhe oliba
ni añ. ʒ. i. fiat puluis cum quo smapiʒetur itesti
nũ: sed pꝛius inungatur oleo roſ. Sumantur

Ponit aliud remediũ dicens ꝙ sumãtur cu
pule glãdiũ galle balaustie folia mirti: coquan
tur in aqua donec fiat rubea ⁊ sedeat in ea ⁊ ex
ea lauetur. rõ qꝛ sunt stiptica. Ad idẽ fiat bal
neũ de foliis nucis cipssi. Ad idẽ ualet sessio
si fiat in decoctõe achacie uľ seis myrti tassibar
bassi uel caude equine. Notandũ ꝙ in cura
perfecta dʒ pꝛecedere balneũ: deinde inunctio
deinde puluis. Qḋ si anus. Ponit curã exi
tus ani qñ fit ꝓpter apã cuius signũ: qꝛ nõ põt
ingredi ꝓpter ꝯpꝛessionẽ digiti eger dʒ ingꝛedi
aquã calidã ⁊ sedere in ea. Secundo dicit ꝙ
debet inungere anũ ⁊ cera ⁊ oleo camomille uľ
aneti. ratio qꝛ illa mollificant ⁊ sedant doloꝛeʒ.

Notandũ ꝙ balneũ eoꝝ que cõpetũt in exi
tu ani ẽ eoꝛum q mollificant: ut malua bismal
ua fenugrecũ semen lini ⁊ anetũ. Siľiter solum
balneũ aque dulcis ualet i hoc casu. Uulua
ꝑterea. Ponit curã exitus matricis dicẽs ꝙ
si matrix egrediatur extra eodẽ mõ ẽ curanda.
Secundo dicit ꝙ tñ ẽ necesse ut foꝛtiter ligetur
⁊ egra iaceat supina ⁊ coxa superius eleuetur.
rõ pꝛimi. qꝛ eadẽ uidetur cã exitꝰ ani ⁊ matricis
Rõ secundi qꝛ in tali situ matrix melius ascẽdit
ad locũ suũ. Notandũ ꝙ ad exitũ matricis
ad extra sex ꝑ oꝛdinẽ reqrũtur. Pꝛio uentose.
Secundo suffumigatõ. Tertio balneũ. Quar
to unguentuʒ. Quinto suppositoꝛiũ. Sexto em
plastrũ. Modꝰ ẽ ut dicetur de oĩbus per oꝛdi
nẽ. Uentose sint tres. Una põatur supꝛa umbli
cũ. sed alii dicunt ſb mãmilla: ⁊ una ab utroq̃z
latere ⁊ fit ut matrix ascendat ad locũ suũ uľ ad
superioꝛa. Suffumigatio habeat ollã paruã
in q̃ sint carbones igniti ⁊ supponatur puluis
talis. ℞. camomille achachie radicis bistoꝛte
añ. ʒ. iii. psidie balaustie añ. ʒ. ii. asse fetide. ℥. i.
masticis olibani galbãi añ. ʒ. ii. ſ. nucis cipš gal
laꝝ folioꝝ mirti añ. ʒ. v. ⁊ cũ istro dʒ r̃cipi fumꝰ
circũtegẽdo pãnis ollã ne fumat ascẽdat ad na
res sed dʒ tenere aliqḋ odoꝛifeꝝ ante eas. ⁊ tũc
ratio remedii ẽ. quia ex fetidis est ꝯpositũ faciẽ
tibꝰ mr̃icẽ ascendẽ ⁊ stipticis ꝓhibẽtibꝰ descen
sum ⁊ dʒ fieri uentosis exñtibus. Balneum
fit tale. ℞. ro. ru. quar. ſ. mirti radicis tassibar
bassi añ. M. i. toꝛmẽtille radicis bistoꝛte ante
re masticis olibani añ. M. i. succi matricarie
succi lauendule añ. q̃r. ſ. asse fetide q̃r. i. cõquas
sentur ⁊ in sacculo ponãtur. buliant in modico
uini stiptici ⁊ ſbmergatur. rõ per ideʒ ut supꝛa.

Unguentũ cuʒ quo dʒ inungi oꝛificiũ matri
cis uel uulue intꝰ ⁊ extra ⁊ renes. ℞. olei myrti
ni olei de lilio olei masticis añ. ℥. ii. ſ. asse fetide
radicis bistoꝛte toꝛmẽtille añ. ʒ. iii. cere. q. suffi.
fiat unguentũ ut supꝛa. Suppositoꝛiũ uľ pes
sariũ in dura ſba positũ in collo matricis. ℞.
asse fetide. ʒ. i. pulueriʒentur pulueriʒãda misce
mal axãdo cum oleo mirtino. fiat masa de qua
fiat suppositoꝛiũ. rõ ut supꝛa. Emplꝛm quod

ĩmediate debet pōi super uuluã ne iteꝝ accedat ℞.gũmi pini.ʒ.ii.thuris masticis añ.ʒ.i.nucis cipressi.℥.ſ.liquefiant i olla noua cũ oleo ꝺ mastice fiat emplm. Aũ idẽ. ℞.masticis quar. i.olibani.ʒ.ſ.nuciscipressi gallarũ mirtilloꝝ añ ℥.i.psidie balaustie añ.℥.ſ.terbentine.℥.i. pulverizanda pulverizẽtur conquassanda ꝯquassẽtur cũ pistello calido misce oia sil malaxãdo cũ oleo fiat emplastꝝ tenue ad quãtitatẽ unius palmi parui in longitudine ⁊ medii ĩ latitudie extẽdatur supra pãnũ. Ultimo notãdũ ꝙ i cura huius passionis ualet uomitus qui trahit ad superiora

De superfluitate mĩstruoꝝ ꝯstrigẽda. Sil.

Irca rubricã ẽ notãdũ ꝙ mẽstrua fluũt naturaliter qualibet reuolutõne aut renouatione lune sel᷑.secũdũ ꝙ conuenit etati mulierũ ⁊ aliis pticularibus ⁊ durata diebus trib⁹ usqꝫ ad.vii.secundũ diuersitates cõplexionũ ⁊ qñ menstrua currunt in quãtitate qualitate ⁊ ordine tunc sũt mulieres sane caste ⁊ fecunde.qñ aũt illa mutãtur tunc sunt egrotatiue incontinẽtes ⁊ steriles: ⁊ si generant ibecilles ⁊ morbidos generãt pueros.superfluũt ergo aliqñ preter naturã ⁊ sunt cã morboꝝ. Secundo notandũ ꝙ causa supflui fluxus aut ẽ intrinseca aut extrinseca. Si extrinseca sicut casus ⁊ percussio aborsus partus ĩnaturalis magnitudo nimia uirge. ragadie in vulua mulierum. Si causa intrinseca aut ꝓpter ỽtutẽ aut ꝓpter mẽbra: aut ꝓpter hũorem. Si ꝓpter ỽtutẽ hoc ẽ ꝓpter ỽtutẽ expulsiuã ⁊ mũdificationẽ toti⁹ ⁊ sic ẽ ad bonũ quãtũ ẽ ex h: aut ẽ ꝓpter ỽtutis debilitatẽ contẽtiue ⁊ hoc ẽ malũ Si fuerit ꝓpter mẽbrũ hoc ẽ quia mẽbrũ ẽ raꝝ molle laxũ mollificatiuũ latũ ⁊ apertũ. Si fuerit ꝓpter humorẽ h ẽ q: peccat rõe nimie qꝫtitatis ⁊ nõ pōt cõprehendi in uasis: aut rõe q̃litatis male:ut quia nimis subtilis calidus uenenosus salsus acutus mordicatiu⁹ putrid⁹ aut frigidus aquosus sbtilis. Tertio notandũ de signis si fuerit a causis extrĩsecis hẽtur ex iudicio patientis si diligens inquisitor uelit eã medicus Si ỽo fuerit ꝓpter cãs intrinsecas ⁊ fuerit cum ỽtute forti tunc ẽ cũ bona coloratione tolerãtia ⁊ alleuiatione. Sꝫ si fuerit ex debilitate ỽtutꝫ tunc mulier ẽ discolorata ⁊ debilis ⁊ male tolerat .si fuẽit ex mẽbro cognoscitur ex hitudie corporis.si ẽ pilosa extenuata macilenta ⁊ de facili passibilis.si fuerit ex hũorũ quãtitate cognoscitur ex plectoria:q: uene sũt plene.si fuerit ex humoris peccantis qualitate.s.caliditatis tũc ẽ calor sitis mordicatio ⁊ cognoscitur ex colore.si fuerit ex saguine color menstruorũ ꝯuertitur ad albedinẽ.si ex colẽa tẽdit ad citrinitatẽ. si ex phlegmate ad albedinẽ.si ex mlia ad liuorẽ ⁊ nigredinẽ ⁊ est optimũ signũ ad distiguendũ. Pronosticatio fluxus menstruoꝝ supfluus ducit ad egritudines ꝯsũptiuas .s.ad idropisim: ptisim: ethicã:dolorẽ dorsi:⁊ passiones stomachi .s. debilitatẽ digestiue ablationẽ appetitus ⁊ silia.

Confectio pro retentione menstruorũꝫ. ℞. zuccari ros.℥.ii.lupidis emathitis trocisc. de charobe trocis.de terra sigill. et trocisc .de spodio añ.ʒ.i.misceantur ⁊ pouãtur in scutella parua ⁊ deauretur. Unguentũ ad idẽ. ℞. olei masticis olei absinthii añ.℥.ſ.olei mirtilloꝝ.ʒ.i pulueris masticis.ʒ.i .puluis troc.de karabe. troc.ꝺ terrasigil.boli armẽi lapidis emathitis añ ℈.ſ.cer paꝝ fiat ungtm addas aceti.℥.ſ. Al.

Ro superfluis menstruis cõstringendis: trocisci de charabe per hebdomadã vnã sunt dandi.qꝺ si non cõtulerint cõfectio de scoria def.Et fiat minutõ ex basilica.Uentose quoqꝫ ad mãmillas apponãtur.Et in comestione cibis vtatur stipticis.Et hoc medicamẽ egra sibi subiiciat.ꝙ .℞.olibani balaustiarum gallarũ antimonii achacie alũis oiuꝫ partes equales.puluis horum optime tritorũ cum pauca lana subiciiatur . Femur uero ⁊ dorsum ex epithiatibus que in .c. de fluxu vẽtris noiauim⁹ epithietur. Et sedeat in aqua de curcuma. ꝙ si ista nõ contulerint ex alio pessario acuto fiat immissio ⁊ maneant in vulua. Silla.

Ponit curam quando menstrua superfluunt:et diuiditur in tot quot remedia ponit. partes patebũt. De prima dicit ꝙ pro superfluis menstruis restringendis debent dari trocisci de karabe per unam hebdomadam cum aqua plantaginis. Ratio: quia sunt frigidi. Ideo alterant :et sunt stiptici : ideo restrigunt uias ⁊ a forma specifica restringunt sanguinem flueutẽ. Ad idem ualꝫ potare.ʒ.i.coralloruꝫ cum.℥.i.aque plãtaginis ante prandiũ ⁊ tantũ de nocte. Ad idem pillule facte ex trocis stipticis ⁊c. Qꝺ si nõ. Ponit aliꝺ remediuꝫ dicẽs ꝙ si non cõtulerit debet dari confectio ꝺ scoria ferri .rõ patet.Et fiat. Pōit aliud remedium dicens ꝙ conuenit phlebotomia facta de basilica.ratio quia diuertit ⁊ euacuat aliunde: ⁊ tũc si peccet sanguis competit phlebotomia directe .si alius humor conuenit phlebothomia

indirecte. Uentosẽ quoqȝ. Põit aliđ remedium dicens ꝙ uentose debent poni ad mãmillas. s. sub eis. rõ quia ꝓpter colligantiã mãmillarum cũ matrice diuertũt ad superiora materiam ⁊ ẽ remediũ forte ⁊ familiare ⁊ sepe expertꝰ sum. Ad idẽ ualet ligare brachia: q2 etiaȝ diuertit materiã ad supiora. Et in comestione.

Ponit aliud remediũ scilicet per dietã dicẽs ꝙ in cibo debet comedere stiptica sicut risuȝ lẽtes far coctũ carnes assatas uinũ grossum stipticũ. ratio patet. Et hoc Põit aliud remedium dicens ꝙ debet subici talis puluis. ℞. olibani balaustie gallaruȝ antimonii acacie alũis oiuȝ añ. partes equales puluerizẽtur subtiliter ⁊ cum lana supponatur. Ad idem ℞. folioꝝ plantaginis. M. s. conquassa ⁊ supponatur.

Ad idem succi plãtaginis. lb. s. troc. karabe ℥. s. misce ⁊ coletur ⁊ excoletur ⁊ ex colatura iniciatur in matricẽ. Ad idẽ suppositoriũ ex acacia ⁊ succo sanguinarie ⁊ suppõatur. Ad idẽ ⁊ ẽ secretum iniectio stercoris asinini ⁊ ualet a ꝓprietate. Femur do. Ponit aliud remedium dicens ꝙ femur debet epithimari ex epithimate de quo dictum ẽ supra. c. de cura fluxꝰ uentris. ratio patet quia constringit. Ad idẽ fiat epithima ex succo plantaginis ⁊ trociscis de karabe ⁊c. Ad idẽ ualet emplastrũ de stercore asini recenti factum. Ad ideȝ ℞. succi plãtaginis. lb. i. aque rof. q̃r. i. aceti. ℥. s. coralloꝝ rubeorum karabe lapidis emathitꝭ boli ar. mirtillorũ cupularũ glandiũ olibani añ. ʒ. ii. terre sigil. q. sufficit puluerizanda puluerizẽtur misce oĩa sicut duo empl'a unũ ante ⁊ aliud retro. rõ patet. Et sedere. Ponit aliud remedium dicens ꝙ debet sedere in aqua de curcuma. ⁊ est balneũ factum ex radice rubee tictorum ⁊ ẽ radix cum qua tinguntur panni: Ad idem ualȝ aqua mirti ⁊ corticis radicis ulmi ⁊ corticis radicis quercus: ⁊ aliorum stipticorum sicut sunt cortices granatorum balaustiarum glandes lẽtes folia nespilorum citoniorum pirorũ: Ad idem ualet balneum aque decoctiõis aluminis puluerizati ⁊ est expimentum uetularum infallibile. Notandum ꝙ predicta remedia ualent multum quando fluxus est đ sanguine colerico unde si predictus sanguis sit aquosus competit balneum ⁊ emplastra facta per res calidas ⁊ stipticas ut olibanum mastix nux cipressi uernix laudanum myrrha storax calamita anisuȝ assũ ⁊ his similia. et hec sunt simplicia calida ⁊ stiptica. Sed frigida ⁊ stiptica sunt camphora acacia spodium coriandruȝ sanguis draconis sandali lapis emathitis ypoquistidos bolus ar. cupule glandium sumach galla mirtus balaustia plantago quinqȝ semina frigida sanguinaria et similia. Ađ si ñ. Ponit aliud remedium dicens ꝙ si predicta non sufficiant: debet dari pessarium aliud acutum ⁊ diu teneri in uulua. ratio patet.

De prouocatione menstruoꝝ. Silla.

Circa rubricam notandum ꝙ menstrua currunt naturaliter ab ãno. xiiii. usqȝ ad. xxxxv. uel. l. uel. lx. aliquando citius: aliquando tardius: secundum diuersitatem complexionum ⁊ alioꝝ particulariuȝ. Sed retinentur aliquando naturaliter ut infra annum. xii. ⁊ ultra. lx. aliquando retinentur preter naturaliter ut in temporibus medius. Et sciendum ꝙ menstrua plus deficiunt in mulieribus q̃ȝ sperma in uiris. Secũdo notandum ꝙ menstrua fluunt ꝭm etatem lune: puellis fluunt in prima quadra: iuuenibus in secuuda. Sed illis siue magis processerunt i tertia quadra: ⁊ aliis in ultia. ⁊ ex hoc possumꝰ percipere ꝙ iuuenes debent phlebotomari in noua luna ⁊ senes in antiqua: quoniã ars imittatur naturam ⁊ ideo bene dicitur. Luna uetꝰ nerteres: iuuenes noua luna requirit. Tertõ notandum ꝙ menstrua retinentur preternaturam propter causas extrinsecas: aut intrinsecas Si propter extrinsecas: aut propter nimium exercitium famẽ accidentia anime nimiã pinguedinem febrem ptisim ydropisim cycatricem in uulua ⁊ hiis similia. Si propter causas itrinsecas uel ratione uirtutis hoc ẽ propter aliquã de malis complexionibus debilitantibus uirtutem: ut mala complexio calida cum excedit: aut frigida hnmida uel sicca: unde debilitant expulsiuam ⁊ non expellit superfluum: aut ratõe mẽbri: aut quia os strictnm corrugatum oppilatũ clausum: sicut est matrix ⁊ orificia uenaruȝ. Si propter humorem uel propter quantitatem uel qualitatem humorum: ut quia sanguis erit nimis grossus uiscosus frigidus ⁊ sic de aliis. Si propter causas intrinsecas ratione uirtutis discernitur. Quarto notandum de signis. Si fuerit retentio menstruorum propter causas extrinsecas faciliter cognoscitur ex iudicio patientis. Si propter causas intrinsecas ratõne uirtutis discernitur ex signis malarum complexionũ ꝙ si sit mala complexio calida ibi ẽ sitis pulsus uelocitas urina intensa ⁊ alia signa caliditatis. Si uero sit mala complexio frigida mulier est discolorata: sõnolenta. cũ paucitate sitis pulsus

101

tarditas urina remissa. Si ratione membri co gnoscitur ex habitudine. s. si est pinguis super flue uel nimis extenuata, si propter apostéa ul' cicatricem in matrice. Si ratione humorum di cernitur propter qualitatem: ut q: sanguis é ui scosus grossus frigidus ⁊ cognoscitur ex habi tudine: superflue pinguis uel ex regimine pre terito multiplicante humores grossos ⁊ uisco sos causantes oppillationem. Pronostica tio: si menstrua retinentur preter naturá medi cus potest pronosticari alteram ex his passioni bus: aut multas. s. mania mł'ia caligo ⁊ epilep sia ad hoc quantum ad cerebrum: sed quantú ad spiritualia membra ptisis tussis suffocatio: sed quantum ad naturalia nausea ydropisis: ⁊ quantum ad mébra iferiora podagra.. Al.

Um ex retentione menstruoꝝ ma gna sequitur passio trocis. de myr rha dentur. Quod. ℞. myrrhe. ʒ iii. lupinorum optime tritorum. ʒ. v. folio rum rute mentastri pulegii ceruini rubee de qua tigitur asse serapini oppoponacis. omnium añ. ʒ. ii. informentur trocisci pō derantes. ʒ. ii. ex quibus detur in die unus cum aqua in qua semen iuniperi coctum fuerit. hoc nanqꝫ medicamen adeo uehe més existit in prouocádis menstruis ut ét fetú excutiat si qua eo sepe utaꝛ. Uentose quoqꝫ sub curuature poplitis sút ponéde ⁊ phlebotõia ex saphena faciéda é postre mo quoqꝫ uétose féori sút supponéde. Sil

